pretermittimus: hoc dixisse sufficiat tantam apud
sanctitatis eius fuisse opinionem ut tran-
siret quæcunque flexo poplite mares, fœminæq; diui-
sæ, pueri, senes, paruuli ad benedictionem Præ-
sulis curarentur.

Cum iam tempus appeteret, ut quod in hoc vitæ
periculo in lachrymis seminarat, in exultatione
translatam vitam translatus, tandè ineteret: post
annos tredecim ac menses duos Florentinæ
civitatis præfuit, ad quæ quinquagesimo & septi-
mo ætatis anno fuerat euectus; in morbum incidit:
quo paulatim ingrauescente sacro se Eucharistiæ
vinctiois clypeo munivit. Cumq; iam
viam vitam processisset, ita ut nihil, ni-
hil quæcunque quidpiam eloqui posset, illud tamen
vobis crebrò repetebat: Seruire Deo,

Ee 2 regna

Prædicat
mercatori
periculum.

Corripitur
morbo.

Verissima S.
viri in extre-
mis senten-
tia.

regnare est. Tum illud quoque frequenter iterum
Sancta & immaculata virginitas quibus te laudat
bus efferam nescio: incertum iam ad Deiparam Vir-
ginem conuersus, quæ se luctantem cum morte
sitasset, an hilaratus, quod inuiolatum ad illum
que diem virginitatis florem conseruasset.

Pius II Rō.
Pont. S. viri
funus curat
maguificē.

Quo tempore sanctus Præsul animam effluam
Pius Secundus Rom. Pont. Florentiam appulerat
qui maxime Antoninum obseruās, quāto per
uentem coluisset, officijs in defunctū magnifice
paratu & honore præstitis declarauit. Quo die
D. Marci templo exequiæ celebratæ sunt, tunc
inualido latere, & quo non utebatur, sancti con-
attigit, & integrum lateris usum, antequam
limine pedem efferret, rediisse prædicauit. Sa-
quoque beneficium in præmortuo brachio Ma-
us Ciachus recepit.

Miracula
post obitū.

Postquā verò in sepulchrū illatus est, tot ac-
tis miraculis splendescere cœpit, vt cuncta re-
ri nequeant. Fabrianum oppidum est in Picena
ignobile. Hic fœminæ cuidam torā facies & tor-
ad eò miserandum in modum intumuerat, vt
lorum orbis reconditi laterent: Accedebat in-
corporis contractio, prorsus vt omnium mem-
rum officio destitutā iaceret. Tota erat in artu-
& angoribus: non noctu, nō interdium somnolentia
pebat. Habebat hæc germanū Andream qui est
dicatorum Ordine apud beatum Præfulem de-
usque obitum perstiterat. Is sororē suam ad
feram ad implorandum beati viri præsidium
tatus est: futurum vt ab eo aliquod calamitatis
remedium perciperet. Misera muliercula cum
vndique humano auxilio destitutam carnis
tris adhortatione incensa, Deum, vt se sancti

interitibus
bus te laudat
ei paratam
um morte
ad illum
asset.
mam effu
m apparet
uam oportet
magnificam
it. Quo die
sunt, fecer
sancti con
e quam rem
ficauit. Sa
rachio bla
est, tot
cuncta rec
est in Pa
a facies &
muerat, v
ccedebat m
nium me
erat in ar
liu somn
ream qui et
prae sulem
e suam ad
i praesidi
d calamitat
uiercula con
am cerere
vt se sancti

is inuaret, maximè precata est. Acceperat à fratre
no Antonini tunicam quæ illi post mortem beati
ri obtigerat. Hanc ad carnem induens, fide mira
liter incallescens tota nocte gestauit: precibus in
nim & gemitibus diuinam opem implorans. Vbi
luxit non modò facies detumuerat, sed membris
enibus ac neruis tantus vigor redierat, vt quæ an
tore stare nec iacere poterat, ad flumen, lotura lin
u integra valetudine curreret.
Florentiæ in monasterio. D. Lucia, vbi sub signis
Dominici nobilis virginū cœtus militabat, vir
Charitas, Guidonis Tholosani filia, toto sexen
pœtracta, adeò vt os genibus iungeretur, frustra
medicorū artes & remedia experta fuerat: quæ sa
lis desiderio ardens cum in Antonino magnam
tem collocasset, vt is à Deo opetrā sibi sanita tem
conerret, nocte quadam diuinis in cubiculo medi
conibus intentā, ab eodem quod desiderabat, ob
tere meruit. Sed nè vastum mare miraculorum
us ingrediā calamum reprimō. Quomodo enim
bendorum miraculorum, finis esse posset, qui à
paradis miraculis nūquā abstinuit; adeo vt sole
modam prodigiorum terras illustrare videatur.

INVENTIONE S. CRVCIS. EX HI
Ecclesiastica Zozomeni lib. 11. cap. 1. Cui So
ates lib. 1. cap. 13. Theodoretus lib. 1. cap. 18. & Ruf.
lib. 10. cap. 7. & 8.

luceno Concilio feliciter ad exitū perducto, 3. Maij.
Imperator cum Ecclesiam vniuersam in do
ctrina fidei consentientem videret, mirificè
laratus, vt pro Episcoporum cōcordia, pro se,
pro liberis, pro imperio denique, Deo gratias age
templum Hierosolymis, circiter locū qui Cal
Ee. 3. uariæ

S. Helena in-
uifit Hiero-
folymā reli-
gionis ergō.

Templū Ve-
neris in lo-
cū Galuarie.

Tres cruces
inuenta.

uariæ dicitur, ad honorem Dei illustrandum, ad
care instituit. Per idem ferè tempus Helena Impe-
ratoris mater Hierosolymam cum precandi, cum
sancta illa loca visendi amore & pietatis studio
religionis Christianæ amore & pietatis studio
xime incensa erat, operæ precium sibi factura
est, si venerandę Crucis lignum inuenire posset.
terese enim Gentiles, qui omnibus opibus virtutibus
Ecclesiam persecuti fuerant locum illum, qui Chri-
sti pro nobis in Crucem acti supplicio & sepul-
celebris est, ingenti aceruo obruerant, & quod
hu nefas est, Veneris sanum eodem in loco extra-
rant, & simulacrum impuræ meretricis ad eum
nem erexerant, vt qui Christum eo in loco adora-
rus veniret, ipsam Venerem colere videretur.
modo Christiane religionis cultū omnino tollere
proque eo nefandam superstitionem confirmare.
At verò tandem locus erutus est, & error
stabiliendo tant operè laboratum fuerat, man-
deprehensus, iudicio, vti quidam memorant.
bræ cuiusdam Orientem versùs habitantis, qui
ro quodam scripto admonitus, locum commo-
uit: sed quæ verior est opinio, monstratio
Opt. Max. qui signis quibusdā & somnijs hunc
ad loci memoriam excitauit. Itaque vt primus
cus ille Imperatoris mandato fuit per purgati-
profundo quadā in parte illius antrum, vnde Chri-
stus resurrexit, emerfit: in altera autem parte
dem loci tres inuenta sunt cruces, & aliud lignum
separatum quod tabulæ gessit similitudine
& literis non Hebraicis solum, verum etiam
& Latinis inscriptum, IESVS NAZARENVS
IVDAEORVM. Caterū adhuc perdifficile erat
cem Dñi à reliquis duabus, quòd inscriptio

...sa esset, inrenoscere: Accedebat præterea q
 ...lle Cruces ita promiscue proiectæ erât, vt nul
 ...odo lignû Dominicæ Crucis se proderet. Qua
 ...um hac de causa adhuc ignotû esset, & diuinio
 ...odam, quàm q̄ sit in humana positû potestate,
 ...et indicio, eiu modi quiddam accidisse cõstat.
 ...obilis quædam mulier Hierosolymis in mor
 ...grauissimum, eumq̄ue planè insanabilem for
 ...derat: ad quam in lecto decumbentem Maca
 ...piscopus Hierosolymorum sibi Imperatoris
 ...re & alijs, quos ipse circum se habebat, assum
 ...venit: atque vt primùm precatus est, dederatq̄
 ...cibus istud signum, nimirum eam esse Do
 ...m Crucem, quæ mulieri adhibita, morbo illam
 ...erret: singulas cruces allatas mulieri admouit.
 ...am quibus illarû appositis, factum quidem ine
 ... & planè ridiculum visum est: quippè mors
 ...ominus mulierem iam iam erat occupatura.
 ...simul vt tertia itidem fuit adhibita, derepentè
 ...oculos & collectis viribus, extemplo è cu
 ...ana exiijt. Fertur item, mortuum Crucis vir
 ...simili ratione ad vitam reuocatum. Huius au
 ...Crucis salutaris iam tantum inuentæ maxima
 ...adhuc etiam Hierosolymis in capsâ argentea
 ...ditur: reliqua verò ab Imperatrice ad filium
 ...antinum deportata est. Quod ad clauos atti
 ...quibus corpus Christi confixum erat, memorât
 ...Helena quoque inuêtos & Imperatori transf
 ...ex quorû altero galeam, ex altero fœnos fi
 ...precepit, vt scriptum est à Zacharia Propheta,
 ...quo prædictû, quod in tempore isto, illud quod
 ...strenum equi (his enim ferè verbis vtitur Pro
 ...sanctum esset Domino Omnipotenti.
 ...ita quidem vt olim præcognita à sanctis Pro

Macarius E
 piscop⁹ Hie
 rosolym.

Crux Domi
 ni sanat fem
 inam mor
 ribundam,
 iteq̄ue mor
 tuum.

Zach. 14.



440 DE INVENTIONE S. CRUCIS
pheris prauisæque fuere, sic postea factis plane
mirabilibus tum confirmata, cum Deo temper
sum est eiusmodi rebus opportunum. Neque ce
tantoperè mirandum, præsertim cum ipsi Gen
ingenuè fateantur hoc esse Sibyllæ carmen:

**Carmen Si-
byllæ de Cru-
ce Christi.**

S. Paulinus.

**S. Cyrillus
Cath. 10.**

O lignum felix in quo Deus ipse pependit.
Illud enim ita esse, nemo, etiamsi acri studio con-
pugnare voluerit, pernegabit. Quare & ligni
cis & eius veneratio à Sibylla præsignificata est.
statatur S. Paulinus stupendum plane ac perenni-
raculum de ligno S. Crucis toti orbi notissimam
nam cum vndique è remotissimis etiam regionibus
Hierosolymam religionis ergò Christiani con-
re. cõsueuissent acciperentque de ligno Cruci-
ticularum, illud, diuina quadam virtute operac-
lam sentiebat ex diminutione iacturam. Sed
etiam Cyrillus affirmat totum terrarum orbem
gno S. Crucis Hierosolymis accepto esse locum
tum. Erat autem custodia Crucis demandata
ex sanctoribus cleri Hierosolymitani, que
tis tempore ex adytis templi populo adoranda
ducebatur.

Porro illud hic obseruandum est, Græcorum
etiam de S. Cruce celebrare consueuisse solen-
tem ad 16 Kal. Iunij, qua recolitur memoria
randæ illius apparitionis Crucis signi supra Hiero-
solymam meridia factæ; cuius rei gestæ huiusmodi
S. Cyrillus tunc eiusdem ecclesiæ Episcopus
describit post catecheses.

ILLVSTRE MARTYRIVM ALEXANDRI
PAPAE & EUGENII atq; THEODULI PRESBYTERI
ITEM QUIRINI & ALIORVM. ex eo quod opus
pud Sarnum extat. Passus est Alexander anno

132. Hadriani Imp. 13. cum sedisset annos 10, men-
ses 5 & dies 20.

Alexander aetate quidem iuuenis, sed fide
nus & sanctitate incomparabilis, qui quin-
to loco à B. Petro Romanæ vrbis Cathedrâ
annuit, magnam Senatorum partem conuertit ad
Dominum, ipsumq; vrbis Præfectum Hermen cum
ore, sorore, & liberis lumine fidei illustravit
que omnes cum 1250. seruis eorumque coniugi-
bus & filijs à veteris vitæ delictis sacro fonte expia-
uit. Quæ mox ad Hadrianû vt perlata sunt, is con-
stitutum misso è Seleucia Aureliano vtriusque mili-
tæ Comite Christianos omnes crudeli internecio-
ne deleri iussit. Qui vrbē ingressus inuidiosis pro-
cerum Põtificum criminationibus inflammatus
Hermen præfectum in vincula cõijci Alexandrum,
vrbis carcerem abduci iussit. Cùm autem Hermes
Quirinum tribunum in vinculis haberetur,
Hermes Hermetis æquanimitem admiratus: Ec-
ce inquit, ratio, vir illustris, te ad hæc vincula, ab-
stem honore, suscipienda adigit? Cui Hermes:
Ego, inquit, honorem omnē prorsus à me ab-
stemi, sed potius mutavi, vtpotē qui pro terreno
vitem expecto. Cui rursus Quirinus: Equidem
mirari nequeo te virum prudētem eò demen-
tate esse deuolutum, vt credas te extra hanc vi-
tam non dico honores sed aliquid omninò adeptu-
rum humana corpora vsque adeo in puluerē
resurgat, vt ne ossa quidem post breue tempus su-
perstet. Tum Hermes: Et ego ante hos annos nihil à
vita hac expectandum credebam, sed iam pridem
Alexandro Episcopo aliter edoctus indubitata
meo hominem in alium à Deo finem creatum
quam vt pecudum instar fœdis se libidinibus

3. Maij.

Hermes Pre-
fectus vrbis
credit cum
alijs multis

in libro A
martyrum
a 1320
in h. 1320
in libro 1320

Ee 5 in hac

in hac vita non dico oblectet, sed contamine. Quirinus, audito solo Alexandri nomine, Prefectus rogare & obsecrare institit, ne se in pestem incirculos positam tanto mentis furore præcipit daret. Alexandrum enim esse hominem scelestum & quod propter maleficia flammis exurendus esset. Hermete autem in sententia perseverante & Alexandrum multis iustitiæ & prudentiæ laudibus extollente tandem ait Quirinus: Profectò si is est Alexander quem tu mihi prædicas, & te, & se pariter ex hoc punitate liberet: & tum demùm vera te dicere dam. Et iam quidem triplicia utriusque vinculi ciam, nunciaboque Alexandro, si quidem Deo virtute quem colit ad te peruenire potest, ego quoque vestræ religioni accedam: sin minus poenitentem suo maleficio dignas profinùs pender.

Cumque abiens Quirinus hæc Alexandro præfasset sanctus Pontifex protinus in genua prostratus arduas Christo preces obtulit, ut Quirinus sempiternis tenebris ad veritatis suæ lumen transferre dignaretur. Ecce autem illo in vota precibus incumbenti afficit protinus Dei Angelus admirabili splendore coruscans qui aperto ostio Alexandrum ad Hermetem gaudentem perduxit. Non multo post eò adueniens Quirinus cum utrumque exterritis vultibus simul orantes inueniret terrore correptus stupuit. Tandem resumpto nonnihil animo, inquit, hoc artibus magicis effectum est. Hermes animo in Christi amorem fidemque sincerè inflammato: Itane, inquit, tu magicis artibus tribuis, quòd Omnipotentis Dei virtute mirabiliter gestum est? Sed ut clariùs cognoscas, & Quirinus quanta Deus noster virtute polleat, quantaque viros vobis libentes

Angelus S.
Alexandrum
de carcere e-
ducit ad z-
des Quirini.

Hermes
rino miraculo
enlū narcat.

es quæ in me beneficia contulit, explicare. Cùm v-
 mis mihi esset filius nimio languore oppressus
 perisus vt extremum vitæ periculum ei immine-
 re abijt cum vxore in Capitolium dijs sacrificatu-
 re quò vitam ei obtinere possem. Sed postquam
 scidui in sacrificijs offerendis muneribusque Pon-
 tificibus largiendis sudatum esset, filius nihilominus
 ratur cum morte mutauit. Aderat nutrix lumini-
 orbata, quæ magno animi dolore victa & me &
 pagem increpuit, asserens: si sumpta in Christum
 ad limina S. Petri cum perduxissem, certo cer-
 tium à mortis periculo præseruasset. At ego
 dazæ nutricis verba, stolidam planè vt existimabam,
 correptus mulierculæ respondi: Tu cæcitate
 misera ab ea calamitate te liberare nequis: &
 pacto tu filio meo sanitatē & vitā promittere
 s? Tu vade & prius per tuum illū Alexandrum
 amibus tuis cōsulito, & tum demum credā eum
 mod opus filio meo exhibere potuisse. Vix hæc
 ram cū illa horā circā tertiā abiit, & hora
 lecta ad me sana reuersa est; imponensque hu-
 mili cadauer ad pedes Alexandri illud proiecit
 vt tam admirabile Christi beneficiū potiùs in
 meū, restituta ei vita, cōferre dignaretur, mi-
 ca cæcitate in se redeunte. At Alexander: Sic, in-
 hic Christus excitabit, vt semel tibi reformata
 uerat lumina. Cumq; facta oratione extinctū
 vitā reuocasset eū mihi incolumē restituit.
 ego cū viderē an diutiùs obstinata mēte tātā
 Dei resistere poterā? An non crederem eum
 virtutē potestātē habere qui mortuos viuifi-
 cas, & quos vita spoliat? Certè credidi Christo, eiq;
 quam cōsecraui, & in his etiam vinculis, illius
 libenter susceptis, exulto, neque perituri ho-
 minis

Filius Præse-
cti mortuus
excitatur.

minis offensionem reformido, certo sciens sempiterna mihi bona in caelis constituta esse, cum pro Christi nomine hic in terris supplicia subiret.

His auditis Quirinus: Est, inquit, mihi filium viro tradere cupio, forma quidem eleganti sed lingua in collo deformata, quam si sanare potestis, vobiscum Christum confitebor. Cui Alexander Eam, inquit, in carcerem ad me adducito, eique vincula ferrea quae collum meum circumdant, ponito & mane saluam eam inuenies. Abi festinus: nam is idem qui me huc adduxit, eodem, prius quam tu ad carcerem venias. His diebus

Angelus reducit Alexandrum in carcerem.

gressus Quirinus ad filiam abiit: Alexander autem duce angelo ad carcerem reuersus, custodibus ad portam vigiles excubabant nihil sentiens vincula resumpsit. Mox adueniens Quirinus ad ostium ad pedes Pontificis, prociuit, eoque salutem suam sanadam obtulit. Tum Alexander, inquit, perquire num inter vincitos tuos quis sit qui pro Christi nomine patiat, eumque carere ad me adducito. Mox Quirinus Euetium, modulumque presbyteros adduxit, quibus visus estus vehementer gaudens vincula sua Balbinae namque filiae nomen erat) imposuit & ab omni formitate colli, dicto citius, liberauit.

Eo miraculo motus Quirinus carcerem aperuit & Alexandro liberam abeundi facultatem dedit.

At Alexander: Non hoc, inquit, sed aliud beneficium exhiberi volo. Vincitos omnes adducito, eosque, vt Christo nomina det, hortare.

Quirinus clara voce: Quisquis veram, synon Christi religionem amplecti voluerit, baptizatus

Captiui esse credunt in Christu n.

libertate donabitur. Accurrerunt prociuit ad Alexandrum, qui eis Christum annuncians

lamine h
Christi no
nnes gra
tio, in C
eclesian
Hec pro
fure cor
mentem
Aurelian
nus amp
cti, & co
cino rapu
Praxeta
Hia aute
perseuer
ago cu
hoore in
cur vt de
harm pri
cum cy i
mulo f
tem inuer
am action
non po
religio
ab Au
vetere
sepelie
idem ten
omn
ibus per
ollo lax
com iys
trium

lamine fidei omnes illustravit: vt nulla iam pro Christi nomine supplicia recusarent. Exultabant omnes, grauissimo dæmonis iugo à ceruicibus excusso, in Christi benignitate: prorsus vt carcer ipse ecclesiam mutatus videretur.

Hæc protinus ad aures delata sunt Aureliani qui amore correptus Quirinum constanter Christum confitentem in euleo torqueri iussit. Cumque nulli Aureliani iniurijs, nullis tormentis cederet, tyrannus amputatis manibus pedibusque capite eum, & corpus canibus proijci iussit: quod à Christiano raptum, humatum est via Appia in cœmitem-
torreati.

Balbina autem eius Balbina in virginitatis proposito perseverans, frequenter beati Alexandri vinculo cum pietatis ardore exosculabatur. Quo amore indignum reputans Alexander eam horrebat vt desisteret, magisque ea vincula quæ Apostolorum principem Petrum constrinxerant exquisita, tamq̃ illis honorem deferret. Balbina his autem multo studio ac desiderio ea quæsiuit: ijsque tantam inuentis tanta lætitia exultauit vt se à gratiam actione Domino referenda die noctuq; con-
tra non posset. Tradidit ea postea Theodorę fo-
re religiosissimæ, S. Hermetis sorõri, cuius de-
bit ab Aureliano corpus illa collegerat & via
veteri non longè ab vrbe Roma s̃ Kal. Se-
pember sepeliera.

Idem tempore ira percitus Aurelianus missis
in carceribus omnes in carcere Christianos iam recens
in carceribus peccatorum sacro laticè expiatis, alli-
gato collo saxi, marinis fluctibus submergi iussit:
cum ijs Christi virgo Balbina quæ gloriosum
triumphum glorificans Deum cõsequi me-
ruit.

Quirinus
torquetur.

plectitur
capite.

Vincula S.
Petri à Bal-
bina inueni-
ta.

Christiani
multi in ma-
re merguntur.

rui. Vnus restabat Alexander cum duobus egregie pietate presbyteris Euentio & Theodulo. Is in medium productus cum ab Aureliano Christianæ fidei rationem, quam ita mordicus omocarentur, reddere iussus esset respondit: Sanctum de re canibus à Christo prohibemur. Ea responsio grauiter laceffit iudex: Quid, inquit, num ego nis sum? Certè, inquit Alexander, etiam canis est rior. Post has aurem aliasque varias disceptationes vltro citroque habitas tandem Aurelianus furibundus excandescens in eculeum eum leuari, vngulis percussari, & lampidibus latera eius aduri iussit. Cui carnifices in supplicijs inferendis persisteret, sanctus nullam omninò vocem vel gemitum emittens admirans iudex, tam alti silentij causam quaerens. Cui Pontifex: Orationis, inquit, tempore homo Deo loquitur. Rursus Aurelianus: Capiat tempus aliqua vel ætatis saltem tuæ miseratio quæ non dum 30 excedens pulcherrimum iuuentutis ætatem cæco furore perdere festinas. Imò, inquit Alexander, vtinam tu animam non perderes. Per hoc autem in eculeo Alexandro, misit ad Aurelianus vxor eius Seuerina, vt virum iustum misisset: ni mallet & ipse mala morte perire, & cruci aduam relinquere.

S. Alexander dixit cruciatur.

Et nuncio sinistra tactus suspicione iudex Alexandrum valde charum haberet, ægre per depositum tamen ex eculeo miris aliquantulum habuit. Eo autem soluto immanis tyrannus iussit Euentium, quem ante omnia de nomine, tempore quo Christo nomen dedisset, percunctari. Et Euentius forti virilique animo: Equidem, inquit, tuis, inquit, vocor: Christiana autem sacra nomen nos septuaginta suscepi, vndecimo ætatis

Euentius gradus.

præatus, vicesimo verò ad presbyterij honorem insignis promotus sum. Secundum annum in carcerem ago, ætatem vniuersam annum octogesimum ætatem his vinculis & certamine tali quo nūquam mihi in hac vita gratius, nunquam iucundius quidquam accidit. Cui iudex: Consule quæso senectuti & abiurato Christo nobis adhære vt locum & honores inter primos cōsequaris. Respondit Euentus: O te miserum & amentem, nunquam te mortalem esse recordaberis? Tu potius Christo Dei fide adhære vt illius misericordiam consequaris.

Tum Aurelianus, amoto Euentio; Et tu, inquit, Theodule, pari furore iussa nostra pro nihilo ducis?

Theodulus.

Theodulus: Imo, inquit, te ipsum pendo nihili, non Sanctos Dei varijs afficis supplicijs. Aurelianus vero martyris responso in rabiem conuersus præcepit accendi furnum, & Alexandrum cum Euentio ad dorsum pariter colligatos in ardentem coniungere.

Alexāder & Euentius mittuntur in furnum.

Theodulus verò ad furnum sisti vt frangere cruciatu in dæmonum sacrificia cōsentiret. Porro Alexander eum inclamans: Frater, inquit, Theodule, festinans veni huc & esto nobiscum.

Nam quartus ille, qui inter tres Hebræos pueros apparuit, etiam nobis adest. Exiliens ergo in carcerem Theodulus illud Psalmistæ cecinit: Igne examinasti, & non est inuenta in nobis iniquitas. Tum Aurelianus dolore pariter & furore tabescens Euentium & Theodulum capite plecti iussit.

Psal. 16.

Occiduntur.

Alexandrum verò per tota membra creberrimis rotis confodi donec spiritum exhalaret. Cumq; Euentus defunctis iam martyribus tanquam vitam consularet, repente vox de cælo ad eum facta, inquit, his, quibus tu insultas paradysus expectus est, tibi verò tartarus. His auditis Aurelianus

Aurelianus

lianus tremore correptus ad Seuerinam vxore
am cōfugit, eamque obnixè vt precibus suis omni
potentem Deum placare & constituta sibi tormen
ta auertere dignaretur, rogauit: Nam, dicebat,
quo hæc vox auribus meis insonuit tōtus intrem
& in febres incidi. Seuerina autem, vt erat præ
ti pietate foemina: Ego verò, respōdit, abibo. Quo
stique martyres meis ipsa manibus sepeliām: ne o
dem clades in me defæuiat. Itaque abiens sepe
ab vrbe milliario, via Numentana Alexandrum
Euentium in monumētō prædij sui condidit: in
odulum verò alibi sepeliuit. Indè domum fessis

Aurelianus
male petir.

Aureliānum alienata prorsus mente febris
ancem & mala omnia sibi imputantem inuenit.
autem, marito ijs in supplicijs rādem defūdit.
licio se induens ad sanctorum limina abiens de
eorum certamina laudibus celebrauit: donec
Oriente S. Sixtus Episcopus venisset: qui ad
petitionem, relicto ibidē sacerdote sacro
Missæ sacrificium omni die offerri constituit.

MARTYRIVM SS. ALEXANDRI
Antonina virginis. ex eo quod est apud Metap.

3. Maij.

Cvm esset temporibus illis ingens perfectio
inter alios oblata est Festo Præfidi homin
mnis misericordiæ experti, virgo quædam
forma, tum pietate inprimis insigni Antonina
mine: quæ in perferendis pro pietate certaminibus
admirandam fortitudinis & constantiæ signifi
onem dedit. Nam Festus vt eam in suam de
am perperelleret & donis muneribusq; ampliss
& minis horribilibus expugnare conabatur. At
go eius non modò munerā reiecit, minasque
tempfit, sed etiam constanter deos eius dæmones

Quo verbo commotus Præses primò maxil-
 laribus alapis cædi, deinde in carcerem à quatuor
 militibus abduci iussit. Illa autem læto animò &
 læto vultu in carcerem abiit, ac statim positus hu-
 jusmodi precibus nocte & die precibus Deum sibi in au-
 dientiam poposcit. Cùm verò tres dies in eo pietatis
 obsequio constanter exegisset; repente horribili de ce-
 lorum claustra ipsius carceris perfracta sunt, &
 repentinè lumen obscuròs carceris angelos illustravit:
 quæque vox de cælo cibum potumque sumere
 iussit: ut inuictò animò cum tyranno altera
 nocte ingredi posset. Fecit illa ut cælitus mōnita erat,
 ut in somno tradidit.
 Insequenti luce Præses pro tribunali sedens eam
 interrogavit. Illa autem protinus adducta sublati-
 sime pietate in cælum oculis iterum Chri-
 sti invocavit: cumque Festus in tribunali suo
 presentem cerneret leniter subrisit. Tum Festus:
 inquit, tibi ridendi causa est? Cui virgo: Di-
 ce equidem: Prævideo istud tuum solum euer-
 sum, ideoque inanem tuam gloriã risi. Sensit
 Præses virginis contumeliã iussitque eam illam flagel-
 lari. Quæ iterum oculis ad cælum sublati-
 sime, inquit, ago tibi Domine Deus meus, quòd
 me interam & peccatricem famulã tuam Sancto-
 rum honore dignatus sis.
 Cùm auditis Præses magis turbatus cùm se contu-
 deret existimaret, iussit eam ad lupanar ab-
 ducere, ubi omnium exposita libidini vexaretur. Sed
 Præses qui suorum curam paternã providentiã gerit,
 angelum suum, quendam ex militibus annos na-
 ginta & viginti excitavit ut virgini in tantis pe-
 riculis constitutã maturè opem ferret. Is in eam cel-
 lam quã virgo erat, ingressus se ad eius pedes ab-
 iecit:

Antoninũ
maxillz ca-
duntur.

Abit in car-
cerem.

Ridet Præses
dem & fla-
gellatur.

Ff iecit:

iecit: & quomodo per Angelum admonitus evan-
nisset exposuit. Dum haec fierent repente lux super
vtrumque circumfulsit, & vox caelitus de iustis
tonina, quae insidias suspicabatur, metum omni-
ademit. Tum Antonina induta militis chitonibus
vultu in terram demisso ista ingressa est, & tanquam
damna quaedam e laqueis liberata corporis pas-
sionem enavit.

Antonina
habitu mu-
tato exijt de
carcere.

Præses verò cum existimaret Alexandrum esse
iam libidinem suam cum ea explestet, missis
stim quatuor militibus eam adduci iussit, ut quic-
cunque posset ignominij afficeret. At militum
locum ingressi Alexandrum inuenirunt, percussu-
m eum apprehensum ad Præsidentem duxerunt.
Viso Præses maiore oppressus admiratione
inquit, quid sit. Tu nefariam illam a te vici-
myde tua contectam dimisisti, quam te vix
stutum promissisti. Sed meas nequaquam man-
fugies. Et conuersus ad milites iussit eum
& flagellis acriter verberari. Cumque tor-
tigaretur, neque tamen vocem ullam, vixit
quicquam Præsidi, ederet: ecce Antonina
mora forti virilique animo ad Præsidentem ven-
visa Festus mente sanè confusa ac perturbata
tibus, ut eam questionibus subijcerent, impe-
Ardebat enim scire Præses num ab Alexandro
nim passa esset. Cumque multis eam cruci-
gerent ut quid cum Alexandro egisset, prode-
dem ait: Scelerate & crudelissime Præses, con-
tua crudelitatis neque libidinis participasti
nam Deus ipse, cui seruiamus, me sua misericordia
incorruptam seruauit.

Alexander
flagellatus.

Antonina
cruciat.

Festus hoc responsum admiratus, cum
ad eos, ut dijs sacrificarent, impellere possit

ram manus abscindi iussit. Illi verò, prolata sen-
 tentia, mox manus extendentes amputandas obtu-
 lerunt. Eo affecti supplicio cum generosi Christi
 milites eandem animi fortitudinem constantiamq;
 selevarent, Festus in furorem rabiemque conuer-
 sus ingentem in quadam fouea pyram excitari ius-
 sit, in qua eam arida pice vehementer flagrantem mar-
 tyres conijci, ne vlla ipsorum memoria, ossis etiam
 cinerem redactis, deinceps extaret. Cumque hæc
 sententia ex animi sui sententia Festus perfecisset læ-
 tus quidem domum redijt, sed mox amissa loquen-
 di facultate, septem diebus continuis, iusto Dei iu-
 dicio, tantis cruciatibus vexatus est, vt eorum ma-
 gnam vindictam victus animam efflauerit. Quo sepulto,
 hæc Ecclesie restituta est.

Præciduntur
 martirum
 manus.

In igne con-
 ieiuntur.

Vltio diui-
 na in præsi-
 dem.

MARTYRIUM S. VIRGINIS ET MAR-
 tyris Pelagie Tarsensis. ex Metaphrasæ.

Quò tempore Diocletianus Imperator Chri-
 sti Ecclesiam tyrannide vexabat, fuit Episco-
 pus quidam Clino nomine virtute & pieta-
 te præcipuis clarus, qui, vt Christi oues tyranni fu-
 re dissipatas cõgregaret, aliasque e dæmonis fau-
 ore eriperet, atque ad ouile perduceret, admiran-
 di virtutis laborabat. Virtutis eius fama per to-
 tum Orientem celebrabatur. Iamque Tersum vr-
 bis Ciliciæ deuenerat, in qua mirabili pietatis
 splendore omnes impietatis tenebras ita dissipabat,
 vt Imperator maiore furore commotus eum ad ne-
 cessarios inquiri præciperet. Sed is diuina virtute ela-
 tus euaserat, ac tanta tamque eximia sanctitatis
 prædicia reliquerat, vt nihil eius nomine & fa-
 ma in ciuitate celebrius esset.

4. Maij.

Clino Epi-
 scopus egre-
 gius.

S. Pelagia re-
eufat coniu-
giū filij Im-
peratoris.

Erat eodem tempore virgo quadam Pelagiæ no-
mine, quam propter eximiam formæ pulchritudo-
nem Diocletiani filius in coniugem expebebat: sed
illa constanter atque præcisè humanas nuptias re-
cusabat, vt Christo multò suauius seruire possit.
Cumque virtutis amore Clinonis episcopi compo-
ctu vehementer flagraret, vt eius sermonibus enun-
dari posset: accidit vt noctis tempore diuina re-
lacione sanctissimi illius viri ad spectū & formam
contemplaretur: cuius excellenti integritate, pu-
uitate, continentia, constantia, alijsque virtutibus
quas in eius vultu tãquàm lucidissimo speculo re-
nebat, aded in religionis ac fidei amorem exarsit
se cōtinere non posset, quin statim illius colloqui-
frui vellet. Et nē forte inani somnio delusa erra-
misit confestim quosdam paternæ domus famulos
ad eos, qui pro Christi nomine in carcere vincula
nebantur, & à Clinone Episcopo sacris aquis bap-
tati fuerant, vt diligentius de habitu & forma
explorarent. Qui cū formæ constitutionem
omnia ei similem quæ nocte in somnis exhibita
erat, referrent, illa nihil deinceps cunctata man-
adije: finxitque se nutricem suam, quam vnicuique
ram habebat, inuisere velle. Mater quamuis re-
annueret, ne tamen gnatam aliqua tristitia nubes
uolueret, indutam protinus regali purpura
gemmis distincta cum famulorū & militum
torum comitatu dimisit.

Nondum decem milliaribus processerat: cum
ecce vnus ē militibus, cui Longino nomen erat,
die sanctissimum Episcopum sub montis cuiusdam
arboribus in ambulante: quem vt protinus agnos-
bitū & decora faciei specie cognouit, ad cōtra-
nem suam cōuersus (vterque enim eorum iam
Christo

Christo nomen dederat) Iuliane, inquit, Frater, en-
 clarum illum miraculorū effectorem, Dei ho-
 nomem Clinonem, cuius fama totum per Oriētem
 gatur. Hæc fortè eunuchus quidam cū audiret
 uciavit confestim dominæ suæ, quæ ex iumento,
 qui infidebat, descendens summo cum honore ac re-
 erentia viro Dei obuiam processit: ac mox se ad
 us pedes demittens: Miserere, inquit, mei, serue
 Dei Omnipotentis: ac dignare me hodiè quamuis
 indignam Christo Dei filio desponsare, qui occul-
 ra cordis mei partes splendore veritatis suæ illu-
 minare dignatus est. Cū hanc virginis orationem
 tam admirabilem episcopus audiuiisset, sublati ad
 calum manibus summas Deo Patri gratias egit: ac
 illa deindè pro eius constantia oratione baptisma-
 tica lauare instituit. Cumque rursus attonito si-
 nullis hæreret, secumque reputaret non tam leniter
 capiendam esse: ecce virgo Pelagia vidit duos exi-
 mo splendore milites supra fontem stantes ac lin-
 tam narei candoris in manibus gestantes. Tum ve-
 exclamans: Pater mi, inquit, quid dubitas, quid
 eris me Christi ancillam à diaboli nexibus libe-
 re? Vix hæc effata erat cū Clino eosdè milites,
 et vtrique angelos contemplatus est. Tū omni
 tatione posthabita non sine tremore virginem
 in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti il-
 uauit: & sacrosanctæ communionis partici-
 am factam à se dimisit.

Pelagia Io-
quitur cum
S. Clinone.

Visio S. Pe-
lagiæ.

Baptizatus
Pelagia.

Pelagia verò antè quàm se in viam daret in per-
 egra Christi gratia mirificè exultans deposita re-
 purpura ad episcopum accessit, & ait: Quan-
 equidem virorū sanctissime à tuis manibus illam
 domini & æterni Regis purpurâ percipere merui,
 timo indecorum esse posthac fragilem hæc ter-
 renam-

Hæc mutatio dextera excelsi.

renamque vestem & reliqua hæc mundi iudicia gestare. Quare te, quantum possum, oro vt hæc accipere ac diuendere velis, eorumque precia indignis mihi sunt execrabilia. His dictis ceptum ad nutricem suam profecuta est: que cum more consueto illi obuiam procederet, vidit Pelagiam multo quam antea lætiores pulchriorem. Vidit etiam in ea mutata omnia. Nam quæ antelato admodum animo inceserat, tunc valde humiliter et humilique se gerebat. Quæ pomposis vestibus ornabatur, tunc abiecto vilique habitu contenta nihil præ se magnificum, nihil sumptuosum referebat. Quæ antea delicijs affluebat, & exquisitorum apparatus mensam instructam habebat, tunc macie & squalore confecta, ieiunia & precem mabat. Ex quibus omnibus nutrix facile eam Christianam factam esse cognoscens, in domum suam admittere ausa non fuit: ne simul cum illa ad carceres suppliciaque raperetur. Itaque relicta matre ad matrem redijt: quæ vt filiam mutata videntem vidit, statim animi deliquium passa cecidit, ac mortuæ similis diu resupina iacuit. In qua Pelagia transmissa cum virginibus quibusdam, se ad Christum etiam aggregauerant, summa precibus ac ieiunijs multo instantius ad futura sacramenta preparabat: cum mater resumptis virginitatem requirebat, qua non inuenta confestim vias in omnes vias & semitas misit, vt virginem adducerent. Sed illi loca omnia, ad quadraginta miliaria, nequicquam perscrutantes re infecta redierunt.

Magna fortitudo illustris puellæ.

Post hæc Pelagia cælesti virtute egregie multo vltro se in matris conspectum dedit, eamque

ceteris verbis redarguit, quod tanta infania acrabie
 blum cum ipso Deo, cui omnia famulantur, su-
 gere presumeret. Mater autem cum ex filia ver-
 bium futurum esset vel luce meridiana clarius
 noceret, confestim Diocletiani filio significa-
 tam illius Christianorum Deo coniugatam
 esse. Quo audito ille paulatim moerore contabuit
 dies reputaret animo quanta sollicitudine e-
 nuptias ambijisset. Cumque nullam spem eius
 amplexibus reliquam videret, neque ta-
 vehementem amoris ignem, qui medullas de-
 cebat, extinguere posset, furore illius tandem
 inuisam lucem proprio mucrone, in se-
 crudelis, miserrime abruptit.
 Pelagia vero mater cum filia sponsum manus si-
 volentia intulisset, extremum familiae
 excidium ab Imperatore pertimescens appre-
 hendam filiam ad Diocletianum perduxit, vt quas
 de ea poenas expeteret. Diocletianus autem
 quam furore incredibili percitus vix sibi ipsi a-
 temperaret, tamen visa Pelagia, ita illius
 quicuit, vt non iam de filij nece vlciscenda
 de amore virginis cogitaret. Erat enim
 illius pulchritudo quantum nulla orationis
 dignitate explicare potest. Statim igitur,
 a Christi cultu auerteret, allata ingeni
 blanditijs eam aggressus est: matremque
 auri talentis donatam domum remisit.
 verò honorifica militum manu dedu-
 habili sibi matrimonio iungere cogitabat.
 coram vniuerso exercitu sic illam affatus
 est quod a te peto, vt abnegato Chri-
 matum matrimonio copuleris & amplissimis
 mei finibus potiaris. Ad qua Pelagia:

Amoris in-
 fania perdit
 Imperatoris
 filium.

Pulchritudo
 Pelagiae exi-
 mia.

Dioclesi
 Pelagiae
 pit coniuge.

Ff 4 Insa-

Insaniens tu quidē temerē ista locutus es, ego enim
nulla tibi ratione copulabor: sed Christo sp
meo ad extremum vitæ spiritum fidelis adharere

**Supplicium
bouis znei
dandentis.**

His auditis Diocletianus bouem zneum, bitumen, picem & adypem afferri præcepit: fuit
quoque igne, bouem illum tam vehementer locust
iussit vt totus igneus longissimè reluceret. Tum
rò adducta in medium adolescentula: Exue, in
vestes quibus induta es. Pelagia cum vidisset
tos esse qui illam exuerent, magna voce ar
more Imperatorem appellans: Recordare, vxores
pellicesque tuas eadem, qua ego, caritas esse. Cumq;
Imperator præ amoris insanitò magis eam vestibus
spoliari iuberet, illa per
& alacri manu eas in conspectu Imperatorum
cir, & nuda ad ardentem machinam proper
seque in os bouis, virili planè constantia,
Corpus illius fuit breui tempore ardoris ven
tia absumptrū: ex quo tanta odoris suauitas
tam urbem emanauit: vt duo milites (quorum
Theonicus, alteri Iulianus nomen erat) qui
tè pietatem taciti in corde fouebant, se diutius
tinere non possent, quin in apertâ confessione
dem erumperent: ac Imperatori tyrānidem
brarent. Et illis quidem fuere continuo vincula
iecta: virginis verò reliquæ, nè à Christianis
nore sepulcri exciperetur, in montem Linari
mine, projecta.

**Mons cōgrega
tionis.**

At Clino Episcopus cælesti monitus oratione
proximè se contulit & in montis vertice, ex
quodam sacello, honorificè collocauit: & deinceps,
hūc titulum indidit: *Mons congrega*
in quo virgo Pelagia, quæ se ipsam Deo ob
pro veritate certauit, requiescit.

DE S. SYLVANO GAZAE EPISCOPO
& alijs quibusdam preclaris Martyribus. Ex Ec-
clesiastica historia Eusebii Casareensis lib. 8. cap. 22.

¶ Vm septimus intentatæ contra nos persecuti-
onis iam propè confectus esset, annus & res
nostræ sensim & quasi tacito gressu ad quan-
dam tranquillitatem securitatemque prolaberetur
& ad octauum annum desisterent, in quo non exi-
ta confessorum multitudo apud metalla in Palæ-
stina cogebatur, qui magna iam in ritibus religionis
perfungendis libertate utebantur, ad eò vt domos in
ecclias edificaret: Præfectus provincie vir sæuus
& improbus, qualè scelera eius, in martyres Christi
nulla ipsium planè commonstrabant, eò statim
infectus, simulatque facta & vitæ institutionem
eorum, qui ibi degebant, audiuerat, Imperatorem
per literas certiorum: & in istis ea, quæ ad
eorum famam violandam maxime valere putabat,
eorum perscribit. Vnde qui metallorum venis præ-
cipue accessit, & tanquam ex Imperatoris manda-
to confessorum segregauit multitudinem, sicque di-
uisit, vt deinceps alij Cyprum, alij Libanum in-
tererent: alios etiam in alia Palæstina loca disper-
sus, omnes varijs laborum molestijs vexari con-
tinuè præcepit. Deinde quatuor ex eorum nume-
ro, qui principem locum inter eos tenere
deberent, ad magistrum equitum mittit: quorum
duo Petrus & Nilus appellabantur Aegyptiorum
quodam: tertius presbyter fuit. His etiam quartus
Patermythius vir propter singulare erga o-
mnium pietatis studium facile clarissimus. Ex quibus
magister equitum religionis & fidei in Christum
horum mar-
tyrium inci-
dit in 19
septēbris diē.

4. Maij.
quod ad Syk
uanum & a
lios quosdā
attinet.
Horum mar-
tyrium inci-
dit in 19
septēbris diē.

ff 5 Alij

S. Sylvanus
egregio mar-
tyr.

Johannis
martyr ex-
cicati mi-
ta memo-
ria.

2. Cor. 3.

Alij rursus ex Confessoribus, qui aut propter
grauescentem ætatem, aut membra inutilia, aut
alias corporis infirmitates erant illo operum mi-
sterio soluti, ibi in locum separatum ad inco-
dum amandati. Quorum primas tulit Sylvanus
piscopus Gaze, qui pium virtutis specimen & ego-
gium exemplar Christianismi omnibus ostendit.
Iste à primo die persecutionis (propè dixerim
extremum vsque, per totum temporis spatium,
rij certaminibus pro crebra fidei confessione
cursis nobilitatus, ad illum temporis articulum
seruabatur: vt omnia certamina martyrum in-
læstina interfectorum, postremus quasi sigillo
oris obsignaret. Cum eo coniuncti erant ex Al-
pto complures: inter quos erat Iohannes, qui
moræ bonitate facile omnes nostri temporis
rauit: & quanquam antea luminibus orbatus
tamen tortores ad eò sæui, truculenti, crudeli-
immanes fuerunt, vt propter egregiam in Ch-
nomine confitendo constantiam, qua magis
excellebat, tum ignitis cauterijs eius pedes
ratione cum alijs prorsus labefactarent, tum pe-
lam oculi, quæ visum amiserat, candente ferro
rerent. Eum autem ob morum probitatem & pe-
viuendi rationem, præsertim cum cæcus esset
est quod quisquam tanto perè admiretur: quod
quidem illud nõ tantum habet admirationis
tum memoriæ vis, qua quidem integros sacra-
Scripturarum libros, non in talibus lapideis, vt
Diuus Apostolus, neque in animalium pellibus
membranis, aut chartis, quæ vel æneæ constantia
vel temporis consumit diuturnitas: sed in tab-
reuerà cordis carneis, id est, in animo solent
syncera mentis intelligentia tanquam scriptura

MART. t propter
utilia, aut
perum m
ad incol
Syluanus
imen & p
bus ostent
dixerim
spatium
onfession
articulum
ryrum in
afi sigillo
rant ex A
hannes, qui
temporal
sorbatus
ti, crudel
iam in C
ia magn
us pedem
ent, tum p
ent ferre
tatem & p
accus esse
etur: qu
rationis q
lapideis,
lium pell
re conit
: sed in t
imo solet
am scrip

ad idem vt quando visum erat, interdum legis & prophetarum testimonia sæpè historias, nonnunquam euangelia aut Apostolorum scripta memor ex animi domicilio, tanquàm ex quodam literarum thesauro, proferre potuerit.

Illis autem quos diximus in loco separato commemorantibus, & consueta ipsorum vitæ instituta in rationibus, in ieiunijs, in reliquis exercitationibus exequentibus Deus ipse dexteram benignam & oporiam porrigēs, largitus est, vt per martyrium vitam vitæ exitum consequerētur. Hostis namque & aduersarius noster diabolus eos quidem, vt precibus attentissimè ad Deum fufis contra iam armatos non amplius ferre poterat: sed sicu- tatabat molestiam ipsi exhibentes trucidare, & è tollere instituit. quippè Deus illi hoc agere uolenti potestatem concessit, vt pariter nec ipse improbitate quam dedita opera decreuiffet, vlla morte carceretur: & hi præclara pro multis suis ac certaminibus præmia iam tandem acciperēt. Causa ex scelestissimi Maximini Imperatoris edito, vno die vndequadraginta martyres capi-
Martyres 39
vna mulgiantur.

Martyres 39 vna mulgiantur.

MARTYRIVM SANCTI FLORIANI.

ex eo quod est apud Surium optima fide.

In diebus Diocletiani & Maximiani cum diuer-
sionibus aduersus impia Imperatorum edi-
ta Christiani certarent, Aquilinus Præses in
Laureacensium non minùs quadraginta e-
piscopi pietate viros comprehendit, ac multis sup-
plicibus maceratos in carcerem misit. Ad quorum
vnum beatus Florianus exardescens Lau-
acem abiit vt illorum suppliciorum pro Chri-
stino

4. Maij.
Laureacum.

si nomine particeps fieret. Ut autem eo perire
fortè ex commilitonibus, quibuscum antea mil-
perat, audiuit Christianos ad idolorum sacrificia
perquiri. Tum ille inflàmato animo; quem alii

**Egregia for-
titudine S. Flo-
riani.**

inquit, queritis? Ecce ego quoque Christianus
ite, nunciate Præsidi hic me adesse. Præsides
nus his auditis eum ad se vocauit: & dijs fac-
re iussit. Cumque ille constanter ac præcipue

**Cecidit su-
p>er sibi-**

se facturū, fustibus grauitè cæsus est: deinde
nihil de animi magnitudine remitteret, Præsides
pulas eius acutis ferreis confringi iussit. Sed
eo supplicio quidquam motus Deum glorificari
& iniquum Præsidem superatum esse declara-

**Laetatur in
flumine.**

Tum Præsides ignominiam non ferens lara
sententia in Anisum fluuium de ponte præcipue
iussit. Adfuit protinùs iuuenis quidam seuu-
delis: qui ligato ad collū eius ingenti saxo de-
te eum in fluuiū præcipitem dedit, cuius occu-
crepuerunt. Fluuus autem suscipiens matronam
elevationis vndis corpus eius in quoddam em-
saxum exposuit; quod aquila nutu Dei eorum
expansis alis protegebat.

Apparuit autem in visione beatus Florianus
dam matronæ religione ac pietate extimē-
uitque ei, quo loco corpus eius humo commo-
Illa visione hac admonita mox ad fluuiū ab-
pusque præ Gentilium metu vngulis im-
ad locum sepulturæ destinatum perduxit. Cum
tem inter eundem, iumenta que sacras religio-
hebant, nimia lascitudine oppressa onerari
berent, matrona tremēs Dominum rogauit,
opem ferre dignaretur: statimque fons illius
cuius aqua iumenta recreata susceptum iterum
cro pignore cōfecerunt. Eo autem in loco

**Miraculum
preclarum.**

sepultus iacet præclara de celo miracula exhi-
bentur, multaque beneficia ijs, qui rebus in aduer-
sitate athletæ auxilium implorant, diuinitus
manant.

VITA S. MONICAE MATRIS S. AV-
GUSTINI. desumpta ex libris Confessionum eiusdem.
Migravit ad Dominum anno 389. secundum fastos
Christi, ætatis sue 56.

T misisti manum tuam ex alto Domine Deus
& de hac profunda caligine erroris Mani-
chæorum eruisti animam meam, cum pro me
oraret ad te mater mea, fidelis tua, amplius quam
mater corporea funerâ. Videbat enim illa mor-
tam ex fide & spiritu, quem ex te habebat, &
misisti eam Domine. Exaudisti eam nec despexi-
stis lachrymas eius, cum profluentes rigarent terram
oculis eius, in omni loco orationis eius, & ex-
citant eam. Nam vnde illud somnium, quo eam
vidisti, ut viueret me secum crederet, & habe-
ret eandem mensam in domo, quod nolle cœ-
perat, auersans & detestans blasphemias erroris
Manichæi. Vidit enim stantem se in quadam regula lineâ,
adiacentem ad se iuuenem splendidum hilarem
conspicentem sibi, cum illa esset mœrens & mœ-
rens. Qui cum causas quæsisset ab ea mœ-
rentis quotidianarumque lachrymarum, docen-
silem, non discendi gratia, atque illa respon-
sionem meam se plâgere, iussisse illum,
sura esset atque admonuisse ut attenderet &
ubi esset illa, ibi esse & me. Quod illa ubi
esset, vidit me iuxta se in eadem regula stantem.
hoc nisi quia erant aures tuæ ad cor eius? O
Omnipotens qui sic curas vnumquemque
nostrum,

4. Maij.

Ex Confes-
sione Augu-
stini lib 3.
cap. 11 & 12.

visio S. Mo-
nicæ.

nostrum, tanquam solum cures: & sic omnes
quam singulos. Vnde illud etiam, quod cum
narrasset ipsum visum, & ego ad id trahere
rer, ut illa se potius non desperaret futuram
quod eram: continuo sine aliqua hesitatione,
inquit, non enim mihi dictum est, Vbi ille ibi

S. Angusti-
nus Mani-
chæus.

sed, Vbi tu ibi & ille. Nouem ferme anni
sunt, quibus in illo limo profundi ac tenebris
tatis, cum sæpè surgere conarer, & grauius
rer, volutatus sum: cum tamen illa vidua casta
& sobria, quales amas, iam quidem spe alacris
fletu & gemitu non segnior, non desineret om-
horis orationum suarum de me plangere ad te
trabant in conspectum tuum preces eius, & me
dimittebas adhuc volui & inuolui in illa caligine.

Et dedisti alterum responsum per sacer-
tuum quendam episcopum nutritum in ecclesia
exercitatum in libris tuis. Quem cum illa
rogasset, ut dignaretur mecum colloqui, & cor-
re errores meos, & dedocere me mala ac doctri-
na (faciebat enim hoc si quos forte idoneos
ser) noluit ille, prudenter sane, quantum sciebat
Respondit enim, me adhuc esse indocilem, & non
inflatus essem nouitate hæresis illius, & non
quæstiunculis iam multos imperitos exaspera-
sicut indicauerat ei. Sed sine, inquit, illum
tantum roga pro eo Dominum: ipse legentem
riet, quis ille sit error & quanta impleatur
etiam narravit, se quoque paruulum a sedulo
tre sua datum fuisse Manichæis, & omnes per
legisse tantum, verum etiam scripturas illorum
rum, sibi que apparuisse, nullo contra dispo-
conuincente, quod esset illa secta fugienda
fugisse. Quæ cum ille dixisset, atque illa

quiescere, sed instaret, magis deprecādo, & vbertim
 fendo, vt me videret & mecum differeret, illo iam
 subitotachans tædio : Vade, inquit, à me, ita viuas :
 tui enim non potest, vt filius istarū lachrymarum
 eras. Quod illa ita se accepisse inter colloquia
 tecum recordabatur, ac si de cælo sonuisset.

*S. Augustin^{us}
 lachrymarū
 filius.*

Egisti etiam mecum Domine, vt mihi persuade-
 rer Romam pergere, & potiùs ibi docere, quod
 docebam Carthagine. Sed quare hinc abirem, & il-
 lum trem, tu sciebas Deus, nec indicabas mihi nec
 matri, quæ me profectum atrociter planxit, & vsq;
 in mare sequuta est : sed sefelli eam violenter me
 mouentem, vt aut reuocaret, aut mecum pergeret : &
 mihi me amicum nolle deserere, donec vento factō
 nauigaret. Et mentitus sum matri, & illi matri & e-
 ra. Quia & hoc tu dimisisti mihi misericorditer,
 ut me ab aquis maris, plenus execrandis for-
 tibus vique ad aquam gratiæ tuæ, quæ me abluto,
 rueretur flumina maternorum oculorum, quibus
 me quotidie tibi rigabat terram sub vultu suo :
 me recusanti sine me redire, vix persuasi, vt
 ego qui proximus nostræ navi erat memoria be-
 ne Cypriani, maneret ea nocte. Sed in ea nocte
 male ego profectus sum : illa autem remansit,
 plendo & flendo. Et quid à te petebat Deus me-
 uis lachrymis, nisi vt nauigare me non sine-
 red tu altè consulens & exaudiens cardinem
 mentis eius, non curasti quod tunc petebat, vt
 me faceres, quod semper petebat. Flauit ven-
 te impleuit vela nostra, & littus subtraxit a-
 uis nostris. In quo manè illa insaniebat do-
 r, & quærelis ac gemitu implebat aures tuas,
 mentes ista : cum & me cupiditatibus me-
 peres ad finiendas ipsas cupiditates, & illius
 carna-

carnale desiderium iusto dolorum flagello vapora-
ret. Amabat enim secum præsentiam meam more
matrû sed multis multo amplius, & nesciebat, quia
tu illi gaudiorum facturus esses de absentia mea.
Nesciebat, ideo flebat & eiulabat, atque illis cruci-
atibus arguebatur rea reliquiarum Eux. cum gemitu
quærens quod cum gemitu pepererat. Et tunc
post accusationem fallaciarum & crudelitatis
conuersa rursus ad deprecandum te pro me, ad
ad solita & ego Romam.

Et ecce excipior ibi flagello ægritudinis cor-
ralis & ibam iam ad inferos, portans omnia
quæ commiseram & in te, & in me, & in alios.
Tanta & grauius super originalis peccati vinculum
omnes in Adam morimur. Non enim quicquam
rum mihi donaueras in Christo, nec solueras
carne sua inimicitias, quas tecum cõtraxeram
catis meis. Quomodo enim eas solueret in
phantasmatis, quod de illo credideram? Quomodo
go falsa mihi videbatur mors carnis eius, tantum
erat animæ meæ: & quæ vera erat mors carnis
tam falsa vita animæ meæ, quæ id non credebat
ingrauescentibus febribus iam ibam & perire.
Quò enim irem si tunc abirem hinc, nisi in
atque tormenta digna factis meis, in veritate
nis tui? Et illa hoc nesciebat, & tamen pro me
bat absens. Tu autem vbique præsens, vbi eras
diebas eam, & vbi eram miserebaris mei, vt re-
rarem salutem corporis mei adhuc insanus cogita-
erilego. Neque enim desiderabam in illo tantum
riculo baptismum tuum, & melior eram puer, quod
dò illum de materna pietate flagitauit, sicut
cordatus atque confessus sum: sed iam in de-
meum creueram, & consilia medicinæ tuæ de-

...debam, qui me non fuisti talem bis mori. Quo
 ...bere si feriretur cor matris, nūquam sanaretur.
 Non enim facis eloquor quod erga me habebat ani-
 ... & quanto maiore sollicitudine parturiebat me
 ... quam carne pepererat. Non itaque video
 ... modo sanaretur, si mea talis illa mors transuer-
 ... viscera dilectionis eius. Et vbi essent tantæ
 ... & tam crebræ sine intermissione? Nusquam
 ... ad te. An verò tu Deus misericordiarum sper-
 ... cor contritum & humiliatum viduæ castæ ac
 ... frequentantis elemosynas, obsequentis at-
 ... teruētis Sanctis tuis, nullum diem prætermit-
 ... oblationem ad altare tuum, non ad vanas fa-
 ... & aniles loquacitates, sed vt te audiret in tuis
 ... onibus, & tu illam in suis orationibus? Hu-
 ... tu lachrymas, quibus nō à te aurum & argen-
 ... petebat, nec aliquod mutabile aut volubile
 ... sed salutem animæ filij sui, tu cuius mune-
 ... eras, contemneres, & repelleres ab auxilio
 ... Nequaquam Domine, imò verò aderas & fa-
At mulier infoelix iam suę relicta liberati detestando illo Clerico solitę libidini indulgentem fortassis zelo inflammatus Gangulphus ambo liquãdò interficeret, nefaria de eius morte cogitare coeperunt. Totus igitur malo dæmonio fessus clericus, capta & temporis & loci opportunitate, cum virum sanctum famulorum, manerio destitutum sciret, clam eius cubiculum ascendit vt dormientem opprimat. Cumque percutem ad caput eius gladium è vagina educeret, etumque in ceruicem abdere niteretur Gangulphus experrectus ictum declinãs in coxam accepit. Profanus ille proiecto gladio & equo confestim fuga euasit. Gangulphus verò atrociter vulneratus cum aliquot post diebus viuendi finem adesset, Dominici corporis & sanguinis perceptio: itum suum muniens foeliciter è corpore ad Deum migravit. Porrò duę amite eius religio: sanctitatis & castitatis studijs vacantes, VVildetrudis & VVilhelmi

Atrociter vulneratur.

Reddit spiritum.

postea comperto obitu eius, ad funus accesserunt,
 illarumque corpus cum crucibus & cereis, diuino-
 rumque hymnorum melodia, ad eum, quem dixi-
 mus, locum, non sine miraculorum gloria deporta-
 runt, atque in basilica, quam vir sanctus in S. Petri
 apostolorum principis honorem cōstruxerat, con-
 siderunt: in quem sanè locum ante obitum suum
 modicū benignum, beneuolum ac liberalem sese
 declararat, & necessarios reddidit illi Deo serui-
 tis suppeditarat. Ut autem de eius sanctitate &
 caritate certiores fierent mortales, ad commu-
 nem omnium vtilitatem & profectum virtutibus
 & regis Dominus eum celebrem reddidit & mira-
 biliter illustrauit.

Quæ verò poena sit consecuta auctores cædis e-
 us non est silentio prætereundum. Itaque Clericus
 cum propter tam atrox facinus suū detestabili mu-
 tati tanquam nuncium lætissimam indicasset, &
 cum se ea immanitate oblectassent, miser abiit
 eorum exoneraturus. Mox adest cælestis vindicta,
 cum scibus corporis viscera quoque in cloacam
 eiecit, & infelicem animam in tartarum præmi-
 sit. Fœmina autem, ut audiuit ex quadâ puella sua,
 quæ diuinitus collata esse beneficia ijs in locis,
 quæ S. Gangulphi exanime corpus fuisset de-
 positum, furore & amentia percita dixit: Perin-
 dit efficit virtutes & signa corpus Gangulphi atque
 meus. Dixit illa & nefariam impuri oris vo-
 cabat mox obscœnus quidam ani crepitus cōsecutus
 est. Erat autem dies Veneris, quem Christiani sextâ
 vocant feriâ quo id accidit: semperq; deinceps quò-
 tidie vixit, quot illo die verba prorulit, totidè à par-
 te corporis posteriori foedos reddidit sonos, inau-
 dit quodâ diuinæ animæ uer sonis exéplo. Cuius
 rei

Ultio dicitur
 na in per-
 cussore viti
 sancti.

Item in ad-
ultera vxo-
rem.

rei tam celebris fama toto regno diffusa est, ut in-
que diximus, rex Pipinus illac iter faciens, aliquot
miserit percunctatum, num hæc ita se haberent. Illi
autem ad regem & proceres, quæ auditione & oculis
compererant, bona fide retulerunt.

VITA S. MAIOLI ABBATIS. EX I.
qua est ab Odilone presbytero conscripta. Successor
hic Ademaro anno Dom. 944. peruenit, & regnavit
annum 993. numeraturq; quartus cenobij Glau-
censis Abbas.

11. Maij,

Beatissimus Maiolus præclaro stemmate ortus
& à nobilibus parētibus ab ipsa infantia
vigili cura nobiliter educatus, postquam
tu & providentia Dei totum adolescentiæ tempus
sine vlllo castitatis dispendio transegit, successore
accedente ætate Lugdunum profectus est, ut alibi
& præstantiora quæque in diuinis libaret. Erat
vir quidam Antonius nomine, sapientiæ & erudi-
tionis laude cum primis celebris, cui se in discipulo
tradidit, ut postea magni illius Antonij eremitæ
Christi discipuli exempla logè acrius, quam huius
Antonij philosophi, sectaretur. Posteaquam ve-
niminum humanarum diuinarumque rerum cogitatione
egregiè imbuisset, Lugduno ad Maticensis monasterii
uitatem à proceribus patriæ, nempe cognatis &
amicis reuocatus est: apud quos cum aliquam diu-
sine admirabili virtutis splendore versatus, tandem
episcopus loci illius, quem tantus virtutum splendor
latere non poterat, eum ecclesiæ suæ archidiaconum
constituit: quod ille ministerium, impeditum
te episcopo, sola obedientiæ virtute suscepit.

Fit Archidiaconus.

Ea autè ciuitas habet vicinum monasterium
tis spiritualibus studijs decētissime ornatum, quod
pater

refectus & fratres crebro eum ad se inuitabant, e-
 que colloquio & spiritali cōubernio vehemen-
 te delectabatur: prorsus vt vnice eum sibi fratrem
 habere cuperent, quem postea etiam patrem ha-
 bere mereretur. Et huc quidem cum omnis ille Do-
 minus intentus esset, tum verò Hillebrādus qui-
 dem senior ad eum amore ardebat, vt nullum nõ
 moueret lapidem quò rāto thesauro, qui in eius pe-
 tre latitabat, cœnobium aliquando potiri posset.
 Inter post dulcissima colloquia & mutua synce-
 ritate charitatis officia & obsequia, gratia Dei in
 animo seculi contemptum parere cœpit. Quid
 nobilitatis fastu & supercilio, postha-
 nobilissimo illo parentum & amicorum con-
 silio, totum se cœlesti magisterio subdidit. Nec
 multo post ad monasterium veniens, ad ex-
 empta monasticæ vitæ instituta, mira animi prom-
 ptitudine & alacritate non solum Abbati sed etiam
 cœnobij sese subiecit: tantaque inter eos virtute ac
 caritate versatus est, vt facillè in quouis pietatis
 studio primas sibi vendicaret.
 In anno autem conuersionis suæ anno, cum beatus
 Marus Abbas, cuius monitis & iussis tota ani-
 matione parebat Maiolus, non solum viribus
 orbatus, sed etiam luminibus oratus esset, com-
 muni fratrum omnium votis in Abbatem electus
 electioni inuitus planè & interdico ada-
 quandem acquieuit. Igitur cum tanti cœnobij
 & spiritalium & temporalium rerum
 subterfugere non posset, non minus pruden-
 ter quam strenuè rem aggressus est. Erat vir omnium
 conuenienti dispositione decetissimè
 ornatus, sed virtutum omnium ornatissimus, qui ex vul-
 tu occu-

Fit Religio-
sus.

Fit Abbas.

Virtutes &
miracula e-
iur.

tu oculisque, atque totius denique corporis habitu
clarissimè elucebat, animum planè diuinum cuius
exhibebat. Quamùm autem vir sanctus Deo placere
rit, docere possunt signa & miracula, quæ eius me-
tis Dominus effecit, quândò, vt multorum fidelium
fidissima affirmat relatiò, multis diuersis affecti-
morbis, plerique etiam, quorùm iam desperata esse
vita, ab eo visitati, per gratiam Dei pristinæ san-
columitati restituti: complures oculorum de-
caligine, lumen recuperarunt: non pauci melan-
cholics vexati febribus, eius precibus sunt libera-
multi, vt ferūt, serpentum, luporum, canum mor-
bus infestati, demonum quòque ludibrijs exag-
Dominicæ Crucis signo eius dextera impresso
tis remedia perceperunt. Multi in periculis
num, istibus fulminum, alijsque incòmodis
rationibus sunt seruati. Etsi autè non excitantur
pore mortuos, alia certè potiora præstant: quæ
per eum Dominus miracula edidit. Quòd si
anima plus est quàm corpus, multo excellentius
animas semper victuras à peccati morte excita-
quàm extincta corpora ad vitæ huius pericula
rumnas reuocasse. Porro eorùm, quos ab anima
renda morte & immani vitiorum voragine ad
tam reduxit, suisque exèplis in vitæ vias perducit,
tantus est numerus, vt soli Deo cognitus sit. Ho-
gò atque id genus alijs claris virtutibus Deo
minibus charus exstitit. Principes viri & regu-
tentissimi summa eum veneratione atque
colebant, pectusque eius diuino spiritu ple-
millimè exosculabantur. Hugo Gallorum Rex
illi deferebat plurimum, eum in vltima senectute
ad se vocabat, vt sancti Dionysij monasterium
consilio & ope rectius posset constitui: cuius

Innumeros
conuertit ad
Christum.

Hugo Rex
Gallorum.

voluntati lætus obsecundans Syluiniacum per-
missit, plenus dierū & sanctitatis ex hac vita mi-
ravit quinto Idus Maij, sexta feria illucescēte post
carissimam solenhitatem, qua Christus in cælum
scendit, & fideli seruo suo Maiolo post se scandenti
viam ostēdit. Quod vbi comperit Hugo Rex, suz
præsentia & regijs muneribus eius exequias coho-
retavit & tumulum, vbi præstante Domino multa
miracula sunt & sunt miracula, permultisque plurima
beneficia sunt, & præstantur beneficia, quæ præ ni-
mitate & multitudine & magnitudine commemorari
non possunt.

Beati vitæ
obitus.

NEREI ET ACHILLEI, ITEMQVE

*Domitilla & quorundam aliorū illustre martyrium.
re eo quod optima fide apud Sarium extat.*

Domitilla virgo nobilissimæ Domitiani Im-
peratoris neptis, cum Aurelianus consulis
filius incredibili eius amore inflāmatuſ eā
coniugetem expereret, illa vt vicissim oculis eius
videret maximē ingentem curam & studiū in cor-
poris ornatu & cultu diū noctūque impendebat.
Videbat autem Nereum & Achilleum eunuchos ā
Aureliano quos beatissimus Petrus apostolorū prin-
cipalis Christo lucratus fuerat. Illi itaque cum domi-
tillæ suam gemmis & vestibus auro splendide in-
ornatis fulgētem quotidie cernerent audacter di-
xerunt: Profecto si id studij & operæ quod in cor-
poris ornandō, vt Aurelianū maritum consequaris,
ad animæ ornatum transferres immortalē
gloriam omnium seculorum regem sponsum &
victorem habere posses: qui te eadē immortalitatis
gratia donaret: neque de ornamentis quicquam vlti-
mo tempore decidere pateretur. Ad hæc Domitilla
Ecquæ

12. Maij,
Domitilla
neptis Do-
mitiani.

Ecqua verò maior potest esse charitas, quam matrimonium cõplecti, suscipere liberos, per quos dulcissima posteritas propagetur, & tam generis quam nominis dignitas sempiterna memoria cõservetur. Constat autem quàm sit asperum & immane omnibus vitæ huius oblectamētis sibi interdiceret, & quàm viues cadaver in hac luce versari. Ad quod Nereus: Tu quidem, inquit, ô domina, momentanea huius vitæ delectationes ob oculos tibi proponas, sed diuturna, quæ postea sequitur, pericula non

des. Nam vt cætera fileam, ecquid matrimonium cum non adfert molestiarum? quare, te quæso, propteris tui dominum hominem extraneum eligere qui ingenuitati tuæ ne parentes quidem dominam passa es? Annon Christo Domino & mentis & corporis castitate cum incredibili animi voluptate certissimo gloria, cælestis præmio seruire malis, quàm instar vilissimi mancipij mortalis hominis in domino & voluntati te subijcere? Elige nunc, inquit, Domitilla, vel hunc Regem regum omnipotentem Dei filium ineffabili pulchritudine decorum, & fulgore Solis radios obscurantem, tibi perpetuo blandientem deliciis cælestes gaudiaque sempiterna conciliantem: vel hominem mortalem, & in hac vita miserijs & doloribus obnoxium, & omnibus fortunæ ludibrijs subiectum, cum quo eterniter deliciæ sunt interitura.

Hæc & id genus alia multa cum Nereus & Achilleus prosequerentur, Domitilla ab imo pectore spiritus trahens: Vtinam, inquit, iam olim diuinitatis scientia mihi obrigisset, certè nunquam sponte carnalem suscipissem: sed quæadmodum in baptisimo idolorum cultui valefeci, ita hac ratione in matrimonium carnale hoc commercium respissem. At mater

Matrimonij
multa incõ-
moda.

... non dubito quia etiam rationem vobis indica-
 ... qua possit per vos effici id, quod pro eius a-
 ... optamus. His auditis Nereus & Achilleus ad-
 ... Pontificem abierunt, eique Domitilla
 ... explicarunt humiliter rogantes ne gra-
 ... virginem manuum suarum impositione Deo
 ... Ad haec Clemens: Video, inquit, adesse
 ... quo & ego, & vos, & illa, ad martyrij pal-
 ... pertingamus. Agite igitur fratres, nullus vos
 ... inuadat, contemnamus hominem mortalem
 ... que omnibus principi vitae sempiterna pare-
 ... turamur. His dictis ad Domitillam abiit, eamque
 ... cerat.

Aurelianus furij exagratu impetrauit
 ... niano principe vt virgo in Pociam insulam
 ... garetur, si sacrificare nollet: sperans se illo in-
 ... animo virginis a perseverantia proposito
 ... turum. Cum igitur in ea insula exsularet, ad-
 ... que ei Nereus & Achilleus, erant etiam illic
 ... malefici Simonis Magi discipuli, Furius & Pri-
 ... qui magicis praestigijs poene omnes insula in-
 ... eo adduxerant, vt Simonem Magum ceu Dei
 ... colerent. Quibus cum Nereus & Achilleus
 ... viriliterque opponerent, venit Aureli-
 ... insulam, vt Domitillam a fide & virginita-
 ... auerteret: cepitque Nerei & Achillei ani-
 ... muneribus pertentare vt virginis mentem eo,
 ... volebat, impellerent. At illi dona eius execeran-
 ... Domitillae fidem magis magisque in Domi-
 ... marant, grauissimis sunt verberibus affecti,
 ... arcinam missi, Memorioque Ruse consulari tra-
 ... qui eos eculeo & flammis ad immolandum ido-
 ... pellere nitentur. At illi cum nulla suppli-

N n ciorum

Clemens Pon-
 tificex conse-
 crat virginem
 Domitilla.

S. Domitille
 exilium.

Furius & Pri-
 tus Magi.

Cruciatu
 Constantia
 & caedes ss.
 Nerei & A-
 chillei.

ciorum atrocitate vincerentur, tandem capite
sunt. Eorum autem corpora rapuit Aulpius dila-
pulus eorū, nutritor sanctæ virginis, & in crypta
renaria sepeliuit via Ardeatina, miliario vno de
medio ab vrbs muro iuxta monumētum, quo re-
dita fuerat Petronilla, Apostoli Petri filia.

Cū Aurelianus cęsis Nereo & Achilleo, De-
tillam ad sibi consentiendum inducere moliret,
dictum est illi à quodam, maiorem ei interuenire
amicitiã cum Euthyce, Victorino, & Marone, quam
cum Nereo & Achilleo intercescisset. Itaq; à No-
principe eos sibi, si sacrificare nollent, donari in-
trauit. Sed illis viriliter agentibus, & minus Au-
liani contemnentibus, ex insula amotos campo-
seruos per sua prædia diuisit: Euthycen decimo
sexto ab vrbe milliario via Numentana, Victorino
milliario sexagesimo via Salaria, Maronem centi-
mo tricesimo eadem Salaria via: iussitque eos
die terram fodere, & catabrum edere. (Sic eni-
bet historia: quid autem Cantabrum sit incertum
habeo, nisi fortè Cantabricam herbam velint
cuius meminit Plinius lib. 25. cap. 8.) Sed Deo
nipotens in locis peregrinis multis gratijs & mi-
culorum virtutibus eos illustrauit. Euthycen
filiam cōductoris illius à demone liberauit: Vi-
rinus loci vicedominū, triennio ex paralyfi des-
bentem, precibus sanauit: Maro hydrope venen-
curauit. Loquebantur intereã populis, multos
ad Christi religionem traduxere, ornatique pro-
terio, credentium numerum egregiè auxerunt.
non ferens Satan, Aureliani animum ira infla-
uit, qui missis eò satellitibus multipli pœnarum
nere eos cruciauit: & Euthycen quidem mēto
cædi iussit, donec exhalaret spiritum: cuius corpore

Cædes Euthycetis.

LET, &c.
em capite
ulpicin
& in cryp
ario vno
rum, quo
i filia.
chilleo, D
ere molu
ei interru
Marone, p
r. Itaq; a
r, donati
& minas
notos tant
ycen decim
ana, Victo
aronem cau
ffique eor
e. (Sic eni
m sic inu
am velic
) Sed Des
gratius & c
Euthycus
berauit: No
paralyfi des
drope veru
ulis, mult
natiq; p
ie auxer
m ira in
pli p
dem medi
n: cuius

Christiani multo cum honore sepelierunt, & noua
ecclesie fabrica super illud extracta decorarunt.
Vidorinum autem apud Cotilias, vbi putentes &
sulfuree emanant aquae, in ipsas aquas capite de-
notum verso, trium horarū spatio deprimi manda-
ueruntq; sustolli. Quod cum triduo vir sanctus
pro Christi nomine pertulisset, migravit ad Dñm.
Corpus fuit postridie, quanquā vetante Aureliano,
ad Amitermenfibus sepulturae mandatum. Denique
Maronem voluit ab amico suo Turgio ingenti saxo
operiri. Itaque in eius humeros imposita est petra
maximissima, qua homines septuaginta aegre pol-
lar trochlea adducere. Eam autem vir sanctus tan-
tum leues paleas ad duo miliaria portauit illa-
tuoque loci eam reposuit, vbi solitus erat Domi-
tillae preces offerre: cuius sane facti admiratione eius
conuincitae populus ad fidem Christi adductus est,
et sacro baptismate expiatus. Potro Consularis,
receptis ab Aureliano muneribus, S. Maronem oc-
cidit. Populus vero in ea petra, quam humeris suis
portabat, sepulcrum excidit, ibique eum condidit,
in eius nomine Christo ecclesiam fabricauit, in
qua narrantur beneficia Domini vsque in praesens
viri nominis gloriam.

Item Vistid:
ini.

Item Maro:
nis.

S. Domitil-
la Taracinas
perducitor:

NR z vetic-

venerunt. Cumque ad epulas ventum esset, illisq; prandentibus, Domitilla ieiunij & precibus operi daret, dixerunt Euphrosyna & Theodora: An nobis nuptiæ & cibus moderatè sumptus impedimento esse poterunt, quò minùs Deum tuum colamus? Quibus Domitilla: Vos, inquit, sponfos habetis vobis nobiles, sed si ignobiles & humili loco nati ab illis vos auocare & sibi matrimonio stabili iungere velent, num vos illis pareretis? Responderit ille protinus: Auertat hoc Deus à mentibus nostris. Tum Domitilla: Auertat, inquit, & à mente. Magnam enim ego sponsum habeo Dei filium, qui se vitam eternam daturum promisit ijs, qui in eius gratia perpetuam corporis castitatem seruant: secumque in thalamum suum sempiternum ducturum, ubi cum angelis exultent, & sine fine splendidissime epuletur. Et ut huius promissi certitudinem haberent, cæcis visum reformauit, leprosos curauit, morbo omnes depulit, mortuos excitauit. Atq; hoc modo verum se Dei filium declarauit, multosq; e terra eripuit, atque ad sui nominis cognitionem perduxit.

His auditis Theodora: Est, inquit, mihi frater tuus uenis Herodes, iam anno integro oculorum lumen orbatus, illum si tu in Dei tui nomine sanare poteris, dictis tuis fidem adhibebo. Euphrosyna verò: Tu quidem Romæ, inquit, fratrem cæcum habes, ego autem hic habeo nutricis meæ filiolum, quæ ex morbo loquendi beneficio priuata est, simulq; puellam accipit curauit & Domitillæ ostendit. Quæ statim toto corpore humi prostrata multis cum lacrymis prostrata lute puellæ Deum precata est; surgensque, manus ad cælum sustulit & signum Crucis in os puellæ impressit, dixit: In nomine Domini mei Iesu Christi. Mox puella in hæc verba prorupit: Verum Deus

Muta puella loquitur

Deus tuus Domitilla, veraque sunt, quæ ore tuo deprecibus Domitilla. prompsisti. Tum ambæ se ad pedes virginis abiecerunt & credentes Christianæ religionis mysterijs iniunctæ sunt. Frater etiam Theodoræ cæcus eò adductus, Domitillæ precibus & mentis & corporis lumen obtinuit. Porro omnes vtriusque sexûs homines, tum serui, tum ingenui, qui ex vrbe eò aduenierunt, visis his signis, in Christum crediderunt, domusque illa instar Ecclesiæ erat.

Cæcus videt

His ita gestis, Aurelianus cum duobus, quos diximus, sponsis adueniēs, tres secum qui organis canerent, adducebat tanquam triplices vno die nuptias celebraturus. Sulpitius autem & Seruilianus, ut viderunt mutam loqui, & Herodem visum recuperasse, cognitis etiam omnibus, quæ dicta factaque fuerant, crediderunt: cumque Aurelianus multa instantia hortaretur eos, ut vno die nuptias celebrarent, illi ut viri prudētes dixerunt ei: Da honorem Deo, cuius virtute & muta loquitur, & cæcus videt. Ille neglectis ijs, quæ ab eis dicebantur, per vim iussit Domitillam includi intrâ cubiculum, ut securus voluptates suas expleret: positisque organis, & tripudijs se oblectare cœpit, aliosque ad eandem mentis insaniam prouocare. Porro cæteris ceterando defatigatis, ille duos admodum dies totaque noctes in vano gaudio & tripudio illo pertraxit: donec nimia lascitudine oppressus animam pondere peccatorum grauatam expiraret. Ea spe territi omnes ad sanio rem mentem redierunt & eorum nomina sua Christo dederunt. Luxuriante Aureliani frater ab Imperatore Traiano populeam in eos petijt, ut si sponte nollent diris supplicijs ad sacrificandum eos impelleret. Itaque Sulpitium & Seruilianum Præfecto vrbis Aniano tradidit,

Sulpitius & Seruilianus credunt in Christum.

Aureliant interitus.

Sulpitij &
Seruianij
cades.

Item Domi-
tilla, &c.

12. Maij,

Cledonius
pater Pan-
cratij.

Dionysius
pater Cä-
cratij.

didit, qui eos in Christi confessione mire constan-
tes capite plecti iussit: quorum corpora fideles in
prædio eorum via Latina secundo milliario posue-
runt: quo in loco exuberat virtus martyrij eorum
vsque in præsentem diem. Post hæc Luxurius ab-
Taracinas ad virgines Christi, & vt vidit præce-
constanterque dæmoniorum cultum execrætes, de-
latis omnibus, quæ habebant, eo in cubiculo, in quo
pariter morabantur, subiectis flammis eas exurit.
Altero die sanctus Cæsarius diaconus eo veniens
fissima sacrarum virginum corpora prorsus illi
reperit: quæ in nouo condens sarcophago, huius
altrius effossa, sepeliuit.

MARTYRIUM S. PANCRATII EX
quod *syncera fide apud Surium habetur. Passus
anno Christi 307. ætatis sue 14. Marcellino
anno 7.*

Illis fortè tēporibus, quibus Diocletianus & Ma-
ximinianus Imperatores Christianos diris cruci-
atibus ad simulacrorum venerationem compe-
lebant, fuit apud provinciam Phrygiam Cledonius
quidam vir egregia nobilitate clarus, qui ex
coniuge filium habebat nomine Pancratium. Quo-
que post aliquod vitæ spatium corporis infirmitate
correptus ad alteram sibi vitam migrandum effec-
neret, vocato ad se Dionysio fratre, vnice ei fili-
um Pancratium commendauit, orans atque exor-
tans, & per omnipotentē Deum quoque adiurans,
vt vniuersas facultates, quas relinquebat, amplius
mas fideliter & accuratè nepoti suo conseruaret.
Ità mortuo Cledonio, Dionysius summa fide Pan-
cratium curandum suscepit, tantaque benivolentia
ac studio tractauit, vt paterni amoris affectum

non potuisset. Post triennij autem tempus Romanum cum Pancratio profectus, in monte Caelio cum sua familia & dæmoniorum suorum simulacris ibidem fixit. Ibi tum propter persecutionis acerbitatem Romanus Pontifex in vico Dionysij & Pancratij latitabat: cuius egregias virtutes Dionysius cognovit, quomodo populū cum idolorum cultu miserimè conflitantem in æternæ salutis viam converteret, vehementer eius amore inflammari cœpit: prorsus ut viam omnem modumque exquiret, quò cum Pancratio eius conspectu & colloquio frui posset. Itaque die quadam pedibus Eusebii votius sanctitatis viri (is lanitoris officio apud Pontificemungebatur) aduoluti rogauerunt, ut ad Pontificem adduci mererentur. Fuere continuo beate admitti (cælesti namque oraculo de eorum intuitu Pontifex monitus erat) & peramanter excepti. Illi autem demisso corporis habitu ad terram usque Pontificem venerantes, Christum sibi, quem hæcæus ignorassent, prædicari postularunt. Tum Pontifex maiori delibutus gaudio eorum circumtulato satis fecit egregiè, atque post dies admodum viginē sacris aquis expiatis intra sanctæ matris Ecclesiæ limina recepit. Eo igitur beneficio affecti adeo in Dei timore animis feruere cœperunt, ut etiam vltro sese persecutoribus offerrent. Quos multò post Dionysius Deo charus ex hac munda & caduca vita ad alteram illam in omni seculorum æternitate beatam migravit. Cùm autem paganorum in Christianos furor indies augmentum caperet: adeo ut Christi cultores etiam causa ad supplicia & mortem raperentur, et alios comprehensus etiam Pancratius propter suum splendorem Diocletiano oblatu est.

Dionysius & Pancrati-
us post cate-
chesin bapti-
zantur.
Dionysij
obitus.
Pancratius
comprehen-
ditur.

Nn 4. Tyran-

Tyrannus autem viso Pancratio vehementer admirans eius pulchritudinem obstupuit; & sine fine admirans quod in tantilla ætate ad mortem pro Christi gloria sese offerret, sic eum affatus est: Infansule, consulo tibi ut omnia, qua teneris, vanitate mihi consentias, & ab hac Christianorum insana obcedas: reddasq; te natalibus tuis. Ego enim propter patrem tuum, qui mihi in vita amicissimus honoribus & diuitijs auctum loco filij habeo. Quasi si verò spreto pietatis mee monitis Christo adorere pergis, iubebo te crudeli intereptione decerere & corpus tuum flammis exustum etiam sepulchro honore spoliari.

Pancratius
puer præclarus
respondet
Diocletiano.

Ad hæc Pancratius animo planè virili respondit: Noli frustra errare, domine Imperator, ut dum vides puerum annorum duodecim, credas mihi minus aut sensus aut sapientiæ superesse. Dominus enim noster Iesus Christus eam nobis mentem & intelligentiam contulit, ut nullos prorsus aut periculum aut iudicij terrores timeamus. Porro dum quos me hortaris colere, pluri & impostores sunt qui nec suis pepercere parentibus, & fratrum se stupris contaminarunt: ita ut ego satis miraqueam, quomodo non foedum & turpe sit apud illos colere, quorum si similes esse scires fratruos, iure in eos animaduertes. Diocletiano auditis, iussit eum sine mora in viam Aurelianam duci, & capitis ibidem sententiam subire: ne pro victus sempiterna ignominia notaretur. Inter ministri Pancratium ad designatum locum abierunt & capitis supplicio affecerunt. Octauilla corpus eius noctu sublatum cum aromatibus in pulcro condidit 4 Idus Maias. Eodem tempore teris claris natalibus orta, virgo sacratissima,

Capite truncatur.

...nemeter ad r...
 & sine sine ad...
 rtem pro Chr...
 is est: Infans...
 is, vanitate, n...
 um infans d...
 go enim te po...
 niciffimam...
 j habeo. Quo...
 s Christo...
 necione det...
 eciam sepulc...

Vide Baron.
 Tom. 2. an...
 no Christi
 304.
 Lib. 1. cap. 39
 de glo. mar.

...palmam adepta est; Diocleriani Nono & Ma...
 ...ni Octauo (incertum vtru Imperij vel Con...
 ...laris) anno. Porrò Pácratius quàm præclaris post...
 ...m miraculis floruerit, testatur Gregorius Tu...
 ...entis, qui ait: Si cuiusquã mens infana iuramen...
 ...t inane proferte voluerit, prius quàm sepulcrũ...
 ...as adeat, hoc est, antè quàm vsque ad cãcellos, qui...
 ...barcu habentur, vbi clericorum psallẽtium stare...
 ...no est, accedat, statim aut arripitur à dãmone, aut...
 ...nceps in pavementum ruens amittit spiritum.

ITA S. MODOALDI TREVIRORVM
Episcopi. ex ea que est per Stephanum Abbatem Le-
obensem. Vixit circa annum Domini 720.

...ter præclaros & præcipuos summa sanctitate
 & ingenitate viros, quorũ fide, doctrina, mori-
 bus, & virtutibus sancta fulget Ecclesia, S. Mo-
 doaldus inlyra Aquitanorum pro sapia ortus haud
 vitæ mäs obrinet. Et si autem propter vetustatem
 scriptorum abolitionem minus nobis comper-
 sit, quibus auis aut maioribus vel quàm digna
 tate tam insignis arbor prodierit, tamen ex pro-
 quis & cognatis, nomine, gloria, & honore, ter-
 rarique celeberrimis, quorum virtute publica
 claruit, quorumque potentiam totus orbis exti-
 tam charta quàm fama genuseius incognitũ
 est. Nam soror eius, Itta nomine, mulier admo-
 venerabilis, stabili matrimonij vinculo clarif-
 imi Duci Pipino coniuncta fuit, quæ defuncto ma-
 trimonio, propria domũ fastigia, spe secundarũ nupria-
 rum proeis multis incisa, in ecclesiam cõmutauit,
 a sancto Amando Traiectensi Episcopo sacrum
 monasteriumque religionis habitum suscepit. Iam
 quæ clarè genuseius & nobilitas MODOALDI ex li-

12. Maij,

Nobile &
 præclarum
 genus S. Mo-
 doaldi.
 Itta soror
 eius.

Nn 5 beris

- Grimoaldus filius Ithæ.** beris & nepotibus venerandæ sororis eius elucescit. Grimwaldus paternæ dignitatis ac pietatis heres, & duæ sorores eius Gertrudis & Begga egregiè doctæ rant. Nam Grimwaldus, præter illam, qua domini- litiaque viguit, industriam, duo illa præclara no- nasteria, Strabulaus & Malmundarium ex proprio construxit: soror verò eius Gertrudis spreto om- bus diuitijs & mundi honoribus contemptis Chri- stum in terris sponsum elegit: cui tanta fide & no- uotione adhæsit, vt plurimis post mortem miracu- lis ab eodem decorari meruerit. Begga verò ex Ansigifo nobilissimo Duci matrimonio iuncta, & septem ecclesias, vbi & corpus eius à sacris ve- num choris honoratur, construxit, egregijs eni- eximie sanctitatis monumentis claruit. Huius- tem filius Pipinus nomine, vt nomen aui, ita & ve- tutem cum dignitate referens, mortuo rege Chri- rico, eò magnitudinis excreuit & potentia, vt ma- ta Austria etsi non regio nomine, regia tamen do- minaretur potestate. Tam verò Carolus quem Ithæ Pipinus sibi superstite tam dignitatis quam diu- tutis suæ reliquit heredem quam mirabiles tri- phos de ducibus ac regibus, de populis & nati- nationibus reportauit, difficile est explicare. Ad- & Saracenos, tribus eorum regibus peremptis, ad interuentionem fudit. Vnde & cognomen Ithæ- tes, à tundendo accepit, eò quòd à Sclauis vici- Hispanos, tot regna, tot vrbes, tot castra & oppi- tam Saracenorum quam Christianorum ferro- stâr mallei tundens, propitio Deo, transtu- eitur potius, quam superasse. Quid verò de his- iusdem Caroli, Carolomanno scilicet ac Pipino- xerim? è quibus Carolomannus post plurima- & nobiles triumphos, relicta seculari milicia

Caroloman- nus & Pipi- nus Breuis Caroli Mar- telli filij.

ius elucet, tatis hares, & egregie dicitur, qua domini preclara nomen ex proprio spreto tempore intra fidei ortem miranda egga vero in o iuncta in a sacris veregregio eniuit. Huius au, ita & o rege Chludentia, ve regia tamen lus quem is quam mirabiles mulis & Bar xplicare. In perempu agno men clausis v astra & oporum ferro ransuolab i vero de h et ac Pipi st pluri m lali milita

Carolus Magnus Pipini Breuis filius

Ludouicus Pius.

Clotarius.

studijs

in Cassino caelesti se militia monachis confect. Pipinus vero virtutum suarum meritis exiens, primus in hac stirpe regium nomen obtinuit. Iam veniamus ad illum gloriosissimum Imperatorem Carolum Magnum huius Pipini filium, cuius nomen & gloria, virtus & victoria, per tanta tempora adhuc quasi recens ore vniuersorum cum vniuerso studio & admiratione celebratur; vt si litera non sola fama quasi viuere credatur. At vero de huius Ludouico quid dignum referre valeam, qui imperatoris obitum imperialia sceptrum, vt nullus dignus suscipiens, praeter caetera quae bello fortiter gessit, maxima suae pietatis monumenta exhibuit. Quod etiam de Clotario huius Ludouici filio diximus, qui paternae religionis haeres existens, post plures annos sapienter quam & fortiter gesta, regnum suum diuisit, relictoque seculo ac sancta conuer- sationis habitu suscepto, in monastica professione vitam feliciter consummauit. Sed iam con- sideranda horum potentia & nobilitate, quid ultra totos & Pipinos, tot Clotarios ac Ludouicos, a- rantes & Imperatores, qui de hac gloriosa stir- pe ad nostra profusi sunt tempora, necesse est commemorare cum ex his praecleari B. Modoaldi in- teritus luce clarius eniteat. Hoc tantum in summa brevitate nostrae dixisse sufficiat, de nulla stirpe, non reperimus, tam praeclearum tamque nobile germen produxisse, qui tantum potentiae Gallico regno ad- dunt, totque & tam mirabiles triumphos de duci- bus regionis & Barbaris nationibus reportauerint. Quod gloriosus ac venerabilis Modoaldus tam- quam virtus natalibus, despecta carnis nobilitate, huius mundi honoribus, diuitijs ac deli- ciosis nobilitatem proposuit: & liberalibus

studijs ac cælestibus disciplinis animum tam pro-
clare in tenera adhuc ætate erudit, vt omnes gra-
ria anteiret Christi que tyrunculus inuidiam virtu-
te superauerit. Postquam verò adulta ætate camp-
illi ad omnes honores & voluptates paterec-
mus, ipse contrà ad maiora spiritualis militiæ huius
sefe accinxit: assiduisque ieiunijs ac vigilijs car-
voluptatem frenauit, adeoque sui ipsius concupiscentijs ser-
gauisus est, vt paupertatem pro diuitijs amplexatus
fit. Vndè etiam nulla illi cura quam ecclesiæ & re-
perum antiquior. Cumque in eius pectore iam
dum accensa inualuisset flamma cælestis desin-
nihil ocij, nihil quietis patiebatur, vt ad oc-
quietem diuinæ cõtèmplationis perueniret. Quo-
ob rem remotiora loca quærere, & ab aulicis
multu sese occultare modis omnibus elaborauit,
quanto occultius tantò liberiùs pulcherrimam
dilectæ Rachelis amplexibus possit inhaerere.
rùm quoniam nõ est in hominis potestate velle
sed contrà spem votumque sæpè à Domino
eius diriguntur, beatus MODOALDUS LIX. habens
in nocte huius vitæ iungitur; dum primoribus
gni & primoribus palatij quasi vilis in verbo
uidus in consilio, diuina prouidentia licet
gnans socius accitur.

**Inuitus co-
gitur regia
suam naua-
re operam.**

Interea venerandus Antistes Sebaudus
Treuirensis rebus humanis excessit. Cui
nõ impar sanctitate dum ab omnibus cum
fectione quæratur, Dei gratia procurante,
indicijs præsignante, haud longè dignissimè
fitur. Itaque concurrunt pariter omnium
& dux æquissimus Pipinus, alijque optimatibus
rus & populus, omnis sexus & ætas: MODOALDUS
non tam eligunt Pontificem quam à Deo iam

**Eligitur &
consecratur
Episcopus.**

LDI
 imum tam
 t, vt omne
 inuidiam
 ta & tate
 es pateret
 is militia
 ac vigilijs
 pfus contem
 itijs am
 ecclesie
 s pectore
 celestis de
 e, vt ad oc
 rueniret.
 & ab aulic
 us elaborat
 ulcherim
 sit inhaere
 otestate
 Domino
 us Liz
 m primor
 lis in verbo
 deantia
 Sebandus
 fit. Cui
 bus cum
 curante,
 dignissim
 omnium
 ope
 etas: Mod
 a Deo iam

& sibi promissum exigunt. Igitur nequic
 reclamans in domo Domini, & in atrijs Dei
 plantatur, tanquam palma florens, & vt ce
 Libani multiplicatus. Nam sicut palma virens
 altum tendens fidei virore & vitæ altitudine
 profectum ecclesie florebat, & sicut cedrus Liba
 multiplicabatur, dum odore sanctæ conuerlatio
 serpentis antiqui à subditis expelleret, &
 multo virtutum candore dealbatus per altitu
 contemplationis ad caelestia euolaret. Sed in
 omni illis, quæ in interiori homine Deo tā
 esse & sanctis Angelis eius operatus est: quis
 illam solitudinem, qua Pater vigilantissimus
 sibi gregi præerat, dignè valeat explicare?
 tanta docendi perfectione, tanta magisterij
 formando instituebat, vt quasi illa propheti
 inrens labrum reflecteret, id est, ad cor ser
 reuocaret, quod loqueretur attenderet, o
 quod prædicaret. Denique verbum do
 opere commendans misericordie, sic erga
 subditorum studia feruebat, quatenus eis
 vitæ prouidentiam nõ negaret: nè si cura
 vitæ ab eo negligeretur, quasi iure à per
 prædicatione gregis animus frangeretur.
 cum domus Dei decorem diligeret, & ad
 dignas conditori laudes ardētissimo sem
 ore flagraret, super ripam Mosellæ oratoriū
 beati Symphoriani martyris extruxit, o
 odem exiguum, & artificiosi schematis de
 ambitiosum: sed, quod nobilius est, cla
 virtutum gemmis ac pulcherrimis virginei
 margaritis multo splendidius spectabili
 quam fuerit illud celeberrimum Salomonis
 am, auro & argento, ac tot mirificis expolitū
 argu-

Solicitude
 eius in Epi
 scopatu.
 Exod. 25.
 Extruit mo
 nasterium
 virginum.

argumentis. Ibi quippe cōgregationem sanctarum virginum, tanquam dulcisonos adolescentulorum choros, in nuptijs Christi & Ecclesie iugiter laudantium canentium, instituit: quibus ad regularis virginum disciplinæ seruandum sororem suam nomine Beueram præfecit. Quæ plusquam materna pietate iucunda quadam leueritate virginem illam accensam instruxit egregie, & exemplo sanctitatis in omni constantia disciplinæ confirmauit. Quæ postquam defuncta, vir sanctus MODOALDUS æterni Regis miles iam emeritus, ad præmium & palmam celestis æternæ coepit ardētius anhelare, ad omnipotentem cum exultatione Angelorum transiit. Nouerat præcessisse. Cumque ex fidei & operum certitudine dignam iam a Deo peteret missionem petere, tamen quasi adhuc multum se arguenda forent, nouis & acrioribus tormentis exquisitis de se supplicium sumebat, seque crudelis exactor persequeretur: in illa iam senectute, quam profectō non tam longam quam ipsemet continuis laboribus virgendo conserauerat.

Cum ergo sub graui corporis labore diutius que defudaret, totoque mentis desiderio ad patriam properaret, nihil de consuetudine castitate remittebat; donec inter verba exterritum admiranda sanè sanctitatis significauerunt in manus Creatoris exhalaret. Inter hæc sacrum funus de mōre componitur, à circumstantibus psallentium choro nunc pijs lachrymis & precibus nunc psalmis & hymnis honoratur. Cuius postquam foelix & liber transitus sicut festinus ad supernis ciuibus extitit, ita totam penitentiā nimio quodam & inconsolabili moerore conserauerat.

Seneca sorore eius Abbatissa.

Mortuus sorore vir sanctus ardētius aspirat ad celestia.

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

nde tota penè prouincia insigni luctu deformata
 ni patris exequias cohonestauit. Ingens paupe-
 rum multitudo à feretro dependens, voce lachry-
 mulari patrem se suum amisisse querebatur. His fa-
 miliaribus baiulis cælum suo clamore pulsanti-
 bus, charissimum corpus in dilectam sibi Ecclesi-
 am deferretur, quam supra diximus, ab eo funda-
 tum, & in honore beati Symphoriani martyris de-
 dicatum. In qua etiam non sine graui gemitu mul-
 titudine suorum lachrymis, prout decebat tantum
 patrem, eum dilecta sorore terræ mandatur.
 In testimonium sanctitatis eius, tot & tanta
 miracula quotidie coruscare videntur, vt nunc de-
 tum verius cum Christo viuere credatur.

Post obitum viri sancti indomita Nortman-
 rum gens quædam Galliarum & Germaniarum partes
 occupauit: & sceleris sui immanitate efferata in-
 terram vbiq; stragem edidit. Cumq; horren-
 da tempestatis procella urbem etiam Treui-
 rum innaderet, & iam iam præ oculis omni-
 um mortis imago volitaret, sacræ Deo dicatæ vir-
 ginis, quas in beati Symphoriani martyris orato-
 rio beneficio Modoaldi collocatas supra memora-
 uimus, pro vita præsentis, quam despexerant ni-
 scilicet, pro castitate seruanda quam deuoue-
 ad consueta orationum præsidia confugerunt:
 que mirabile auditu, mirabilius visu, ne mala,
 pro seruis fragilitate metuebant, videre coge-
 rent, in pace lecto decubantes intra dies triginta,
 precibus & precibus Modoaldi, quem assiduo in re-
 speratis implorabant, omnes præsentis vita
 cæterunt: quarum corpora eodem in oratorio
 reposita sunt.

Miracula ad
 eius tumu-
 lum.

Cum

Cum igitur eiusdem adhuc tempestatis residua
 vestigia, locaque solitudo pleraque sanctorum co-
 hiberet loca, fiebat nimirum ut ille sancti famu-
 ris angelus pro sui quidem dignitate parum obse-
 ret reuerentię, neglectu verò civium omni cultu
 destitutus, etiam pateret iniurię. Sed ea mortalium
 incuria nostro pontifici auctioris glorię faceret
 materia. Quidam enim viri, genere Franci, suę
 tris hand ignobiles, sanctę deuotionis gratia vobis
 Treuirem accesserant. Cumque sancti Symptano-
 ni ecclesiã viderent incultam, iniuriã opportunam
 & à ministris civibusque neglectam, flagitium
 arbitrati non sunt, si, quavis arte, sacras Praesulatus
 quias inde secum asportarent. Remotis ergo ta-
 tris, noctis ingressi tempore, pia sed audaci velle-
 tia mausœolum sanctissimò focundum corpore
 fringunt: dehinc vnus ceteris paratior in manu
 mense iniiciens, quicquid tenaci digitorum peti-
 concludere potuit, sibi recondens fugam cum loco
 maturat innadere. Quod facinus licet amore facti
 licenter perpetratum sit, non tamẽ sancto placu-
 rerum sequentium documẽto comprobare possunt.
 Simul enim cum illius extractis artibus, mar-
 dictu, sanguis copiosus erupit. Qui dum ab his
 quam de parenti vulnere profueret, tenebris
 visum arcantibus, raptores ipsos nihil huiusmodi
 aut videntes aut sentientes ante prodidit, quã
 cepto deterruit.

Interea die terris reddito, cum matutina
 ex more ad orandum cœpisset concurrere, ante
 uertunt ecclesię pavementum largo perfusum
 guine; cumque diu multumque incerta suspensa
 agitarentur, tandem exploratis omnibus, reuol-
 indicia fracturę, nocturnę temeritatis damna
 ruerunt.

Ex reliquijs
 S. Modaldi
 furtim abla-
 tis copiosus
 manat san-
 guis.

DI
 statis robore
 sanctorum co-
 sancti famula
 e parū obno-
 omni cultu
 ea mortali
 gloria facta
 ranci, su ego
 gratia vicia
 Symphonia
 e opportuna
 a, flagitium
 Presubst
 ois ergo an
 audaci vides
 um corpore
 ior manum
 o rum pecc
 gam cum loc
 et amore
 ancto plac
 probari pecc
 rtibus, mir
 dum abude
 tenebris
 nihil haur
 odidit, qua
 matutini
 rrrere, an
 o perfusum
 erta susp
 nibus, rec
 atis damna
 rruant

nunt. Nec visus est labor difficilis fugitios in-
 cum, cum sanguis à direptis emanans ossibus, nul-
 corū reos suos desereret; donec illos con-
 trepido, nec satis periculi securos, suis ve-
 & quidē haud obscuris, manifestos efficeret.
 ergo expediti equites iniuriam persequi,
 ritatem corrigere: qui celerrimē fugientium
 prementes, eosque facili negotio à fuga retra-
 delicti quidem gratiam faciūt, omnibus ta-
 admirantibus, recepras integrē Summi Ponti-
 reliquias ad urbem referunt: & ne quid simile
 peps perniciosa crearet licentia, corpus Sancti
 oparulo positum ab ecclesia in oratorium S.
 ni transferunt, celestemque thesaurum si: mi-
 apothecis & tutiori arario commendant.
 S. Paulini ecclesia nouo illustrata hospite
 breui claritudinem peruenit. Sed post
 diuturna quies ocij, ocij verò securitas cor-
 mores pepererat, totaque vrbis faciem im-
 pro religione diuinorum contemptus in-
 sustinenda erat necessariò supernæ corre-
 sententia, quæ pollutam licentiam sub fre-
 ritionis coerceret. Itaque intempestæ no-
 idem oratorium subitò cōflagrauit in-
 totaque ædificiorum moles subuersa est.
 res mira & seculis nostris inuisitata accidit.
 enim, quæ omnem superficiem contexe-
 riorum cōgerie, cuncta præter spem quæ
 erant, integra reperere, ipsamque loculum
 pertem iniuriæ, vt aurum crederes de for-
 ductum, purgatum non corruptum. Fulse
 multis alijs præcipuæ sanctitatis miracu-
 tanta tamque præclara sunt, vt Tullianis
 mulcent ingenijs & eloquentiæ.

Transfertur
 corpus eius
 ad S. Pauli
 num.

S. Paulini æ-
 des cōfla-
 grant.

OI VITA

VITA S. EPIPHANII CONSTANTIANI

Episcopi. ex ea qua est apud Metaphrastes. Superstes fuit vir sanctus ad annum vsque Arcadij imperatoris Septimum. Vincentio & Frautia Conscribitur à recentioribus annus Domini quadagesimus primus. Vixit autem annis centiam & quatuordecim, minus mensibus tribus, adeoque septuaginta annis. Aitatis vir fuit, vt licet aduersus Arianos strenuè decertasset, ipsi tamen Ariani, & eorum tronus Valens Imp. cum reueriti, quicquam in se inferre ausi non sunt. Quod autè alicubi stantia, alicubi Salamina Episcopus dictus reperitur, mirandum non est: nam Salamina etiam stantia dicta est, vt expressè testatur S. Hieronymus.

In Epist. 27.
In Epitaph.
S. Paulæ ad
Bustochiũ.
12. Maij.
Patria & parentes eius.

Epiphanius genere Phœnix, ex ea regione est circa Eleutheropolim oriundus, pariterque Agricola, tenuioris fortunæ & conditionis hominem, qui cum sua coniuge durioris victum quærebat: quo mortuo, mater sola aliam familiæ curam sustinere debuit. Ea autem ex parte exigua (vnicam enim præter Epiphaniũ filium litropem tantum habebat) ingentes tamen molestias, propter facultatum angustias, patiens adeo vt extrema eiborum inopia coacta, vnicum idque adhuc indomitum per Epiphaniũ ad nundinas venale transmitteret. Erat tunc natus decem Epiphanius, cum accepto iumento nundinas properaret; cumque in emptorem Iudæum Iacobum nomine incidisset, & is Epiphaniũ, antè quàm de precio conueniret, sedulo religionis professione percunctaretur, & postea dicitur se Iudæum esse diceret, Iacobus: Bene, se habet: cum igitur simus eiusdem generis

Epiphanius Iudæus.

NI
STANTI
phrasit
me Arcadi
rauita Con
mini quad
centum &
que spedi
s Ariano
ati, & eum
que quam
ate alibi
us dicitur
mina et
ur S. Hier
ea regio
undus, per
ortuna &
ge durit
ater sola
a autem
haniu filii
es tamen
guftias, pa
oacta, tunc
per Epipha
l. Erat tunc
epro ium
emptore
let, & is Ep
eniret, fed
etur, & p
ous: Bene
dem generis

inter nos peccatū intercedere: sed cum Deus
inter iustus sit, iustum etiam iumentū precū con-
tinamus, ne quo maledictō ihuoluamur: His au-
tem Epiphanius Jacobi maledictionem pertimē-
ns, procius iumentum retraxit, negavitque sibi
velle illud vendere, eō quod insolens & indomi-
mēset. Et quanquam acerbiſſimā famis necessi-
te impulsus ut matris & sororis angustias suble-
uaret, eō adduxisset, ne tamen iusti iudicis iram in-
curreret, se nulli mortalium damnum inferre velle.
Cleobus tam admirabile pueri responſum mira-
tus, mox tres de crumena nummos deprompsit, &
dedita pueri voluntate, domum illum cum iu-
mento remisit. Accidit interim ut Epiphanius, dum
ad matrem faceret, in hominem Christianum
Cleobium nomine, qui viſo iumento, id
venale postulabat. Cumque ad verba Cleobij
Epiphanius gradum figere vellet, animal insolens,
facto, leſſorem suum excuſſit, humiq; gra-
uiter aliſtit: deo ut flens eiulansq; puer se loco mo-
uere non poſſet. Tum Cleobius propius accedens al-
terum puerū trina vice Cruce signauit, & ab omni
morte ſanatus erexit. Deinde conuerſus ad iumen-
tum insolentiam eius compulſerit. Tibi, inquit,
in nomine Ieſu Chriſti crucifixi, non amplius
de loco excedas. Hæc ubi dixit, animal in terrā
expirauit. Quo viſo, admirans Epiphanius
de Cleobio percunctari cœpit quænam illa
res eſſet, qua in Chriſti Ieſu nomine res adeo
facilis eſſeciſſet. Reſpondit Cleobitus: illam et-
ernam vitam, ſed Chriſti, quem Iudæi in cruce me-
ruerunt, omnipotentis Dei filij poteſtatem. Epipha-
nius auditis ſe Iudæum eſſe tunc quidem iudica-
uit, cuncta tamen ſedulo cum mente ſua
pertra-

Cleobius
Christianus

Ob 2

pertractabat: & pium quendam Christiane religionis amorem concipiebat. Post hæc domum reuertens matri cuncta ex ordine narrauit: quæ reditu filij sui vehementer quidem gauisa est, sed cum quædam solatio se destitutam cerneret, rursus curis negotibus opprimebatur; suadebatq; filio vt se alieni periclitata probitatis viro in seruum traderet: quod laboribus & arte durum desolatæ matris & hominis paupertatis onus non nihil subleuaret. Hoc cum cum agitant, venit ad eos Iudæus quidam vix mirandæ religionis Tryphon nomine, qui Epiphanium summa matris eius voluntate ac gaudio in suum adoptauit, & Mosaicæ legis disciplinam genter erudit, & in omnibus accurate instituit. Sed accidit vt filia eius paulo post è vita excederet, & ipse Tryphon eodè fato eam sequeretur, omnesque suas facultates sanè amplissimas Epiphanium linqueret: qui cū sorore sua (matre paulo post functa) in summa vitæ tranquillitate degebat.

Tryphon adoptat Epiphanium.

Lucianus monachus insignis.

Accidit interim cum die quodam equo vecturæ plurimas suas circumquaq; possessiones luculenti & Lucianus vir insigni eruditione & monachicæ opinionione præstans ei occurreret; vt paupertatis ad pedes eiusdè Luciani sese abijceret, & nihil fructû triduanâ inedia confectus humilitate stularet. Cumq; vir Dei, nihil, quo eius inopiam curreret, haberet, protinus se suo amico exanimè illi hilari vultu tradidit, vt eo diuendito paupertati compararet. Spectabat hoc ex propinquitate Epiphanius, viditque Lucianum hoc modo multo candida de cælo stola vestiri: & mirabili spectatu re decorari. Quo viso tanto est affectus timore prouus è iumento, cui infidebat in faciem eius.

Christianis à Luciano sacris se initiari postularer:
 omnibus valere iussis, in monasticæ vitæ societate
 adoptari. Ea re gaudius Luciano cum fo-
 re episcopo obtulit, qui utrumque post exactam
 institutionem vitalibus aquis expiavit. Fertur
 cum Epiphanius ad ecclesiã pergeret, quòd
 paulo graduum ascensu calcei è pedibus illi exci-
 dit: neque deinceps vlllo calceamentorum gene-
 rus fuerit, sed nudis reliquo vitæ tempore pedi-
 bus incesserit.

Baptizatur
Epiphanius

Postquam igitur hoc modo in albo ecclesiæ ad-
 scriptus esset Christianus quoque militiæ annos na-
 vales decem sub eodem Luciano nomẽ dedit. Ha-
 bitus is in cæteris suis spiritualibus decem egregia
 pietate monachos: in quibus Hilarion signis
 virtutibus admirandus: qui ex præcepto Lucia-
 ni Epiphanius, in ijs quæ ad monasticæ vitæ disci-
 plinam attinent, instituendum susceperat. Porrò
 cum cum incredibili ciborum parsimonia car-
 nium maceraret, & hebdomadarum frequentèr ine-
 di assigeret, Epiphanius non segnis præceptoris
 exemplator idem vitæ institutum strenuè virili-
 ter imitabatur. Erat autem locus ille, quem in-
 habitabat, omni aquarum solatio destitutus, ita ut
 ad quinque miliaria, idque noctu tantum
 viderentur. Cumque die quodam viatores vino o-
 mni maximo Solis ardoribus eò diuerterent, &
 aquæ penuriam extrema lascitudine con-
 siderata vitam periclitarentur; Epiphanius hominum
 miseratus, extensa dextera: Credite, fratres, quòd
 qui aquam faciet. Eo dicto vterque qui vino ple-
 ni erant, protinus aqua redundarunt, & miseros vi-
 tos a mortis angoribus oppressos à præsentis peri-
 culo

Fit mona-
chus.

S. Hilarion.

Vinum Epi-
phanus in
aquam mutat.



Bergit ad e-
gemum.

culo liberarunt. Ea res cum Epiphaniij nomen ma-
ximè celebre faceret, & longè lateque miraculum
diulgaret; vir sanctus vt hominum celebratam
famamque sanctitatis vitaret clanculum ex obli-
co in vastam agrestèque solitudinem profectus.
Accidit autem Saracenis quadraginta per illum
solitudinem iter habere, viroque Epiphaniij
sunt hominem parum sanæ mentis esse: vnde eos
tis cum iocis & scommatibus persecuti sunt. Vnde
autem qui altero oculo orbatus erat, moribus
nis & ingenio crudeli, stricto ense eum inuadere
voluit: & ecce cum magna vi gladium vibrare
culus ille lumen recepit: vnde ingenti pauore
reptus barbarus conficit immobilis, enslem
iecit: & alij pariter stupore oppressi Deum
mabant: tantaque cum sunt veneratione prodent
vt se sine illo saluos non posse consistere exi-
rent. Sequutus itaque illostrium mensu spatio
sanctius, insolentiam eorum comprimebat, & per
sermonibus ad omnem modestiã & mansuetudinem
informabat. Illi verò eodè, ex quo cum eis mor-
rat, loco, opera sua domũ illi edificarunt: & v-
tem sine fine mirati, ibi Christo in pace sermo-
reliquerunt. Ego autem (hic est auctor historie
sancti, discipulus) qui vnus erã ex ipsis ad Epiphani-
phaniõ, ab eoque, quæ ad fidem pietatemque
institutus, post menses sex ad magnum Helianum
cum eo perrexi, vt signaculũ fidei in Christo
consequerer. Quo obtento, transactis cum eo
tribus diebus ad modũ tribus, ad horrida & in-
eremi loca regressi sumus. Ad secundum autem
nasterio lapidem obuiã habuit adolescentem
lenti demonio obsessum, quẽ verbo in Christo
mine eiecit, & horrendas iactatẽ minas

Discipulus
Epiphaniij
Iohannes.

Dæmonia-
cum sanat.

mundus autem dæmon se illam iniuriam haud
 passurū minabatur, sed Persarū regem in
 concitaturū: vt diris eū cruciatibus afficeret.
 Ex multo post Imperatoris filia ab eodem dæmo-
 no correpta, easdem, quas antè adolescēs, afflictio-
 nes patiebatur. Exagitabat autē illam miserandū in
 nodum, & nisi Epiphanius Phoenix veniret, cuius
 pietate se eum inuasisse calūniabatur, nullo mo-
 do ea se migraturū affirmabat. Rex hæc audiens,
 cōtinuò ingenti hominū in Phœniciam mul-
 tudine, Epiphaniū adduci præcepit. Et quidē post
 quodam tempore molestias tandē eum in Spanydriōn *Spanydriōn*
 locus habitationis eius erat inuenerunt. Cumq̃
 in cellula pulsaissent, & vir sanctus diuinis
 laudibus eorū clamores negligeret, vnus eorū
 audacior stricto ense fores effringere aggressus
 est: & ecce manus eius cōtinuò virtute sua de-
 mēta penitus exaruit. Quod ceteri vt viderūt in-
 correpti formidine diffugerūt. Tandē Epiphanius
 expulso diuinarū laudū studio, *Manum ari-*
 dicit: & hominū misericordiā postulātem sanitati restituit.
 Alii autē qui non modico interuallo ab eo se-
 deti hæc spectabāt, posito inani formidine accesserunt:
 & Epiphaniū cum discipulo honorificè iuxta
 se impositum ad regiam duxerunt. Fuit conti-
 nua regis filia adducta, quam vir sanctus Crucis si-
 gnulo à terribili dæmonio liberauit. Cōmoue-
 ta res ingentē regi admirationē, adeò vt demissis
 armoris habitu Epiphaniū veneraretur & opes
 & argenti immensas & maximam gemmarū co-
 llectionem in grati animi significatiōe offerret. Vir san-
 ctus cuncta reiiciēs pauperibus ea distribui iussit:
 & regēque, vt relicta superstitiōe, Christū cognos-
 cere instanter hortatus est. Transactis autē decem
 diebus in au-

in aula diebus, ad suam in solitudine domicilium
 remeavit: cumque elato vix pede, adolefcentem
 nius ex proceribus filium magica arte a maleficio
 nefarie necatum efferri cerneret, ut eum de gona
 more, canibus deuorandum objicerent: Epiphanius
 misericordia erga miserum motus constitit, & ma-
 tuum suo indumento (erat enim nudus) operuit. Tum
 sublatis ad celum manibus Christum, qui tradidit
 Lazarum suscitauerat, cum lachrymis inuocauit,
 ut eadem virtute defunctum ad vitam reuocaret. Post
 orationem compleuerat, & ecce adolefcentem
 Epiphanium amplexatus est. His ita gestis veniens
 Spanydriion, ubi extrema siti confectus precibus
 terra fontem elicit: tantamque deinde olen-
 tiam, ut uberratem tellus illa protulit, ut etiam laetitia
 humanis oculis spectaculum praeberet. Cumque
 bestia suo incurfu ea depopulari inciperet, vi-
 ctus tanquam rationis compotes sic eos affecit.
 Nolite mihi exhibere molestiam, Deus qui haec
 hi olerum praeiuit solatium ad alimentum, vi-
 praecipit ne meas herbas depascatis. His verbis
 rabile dictu, ferae protinus cesserunt, neque
 deinceps vllum viro sancto intulerunt.

Mortuum
 excitat.

Fontem eli-
 cit è terra.

Ferae ei obe-
 diunt.

Post haec Saraceni illi, qui primam Epiphaniae
 lulam extruxerant, tres alias domos ei edificauerunt,
 ut numerus discipulorum, qui ad quinquaginta
 ctus erat, laxius commodiusque cum eo degeret.
 Porro cum illi die noctuque in magna vix
 quillitate Deo famularentur, inimicus humani
 neris, absente quodam die Epiphania, insidias
 xit. Nam sumpto per simulationem habitu eius
 monasterium Spanydriion venit, cui cum discipu-
 lozum vnus tanquam felicem patri reditum
 ciosa mente gratulaturus occurreret, statim a
 lego

Expellit de-
monem.

Leo crude-
lis eo con-
specto mo-
stratur.

Epiphanius
philosophus
venit ad s.
Epiphaniū.

igno spiritu obsessus est. Quo cognito Epiphanius
nox aduolauit, & dicto cuius impurū demonem
peccit. Latebat in ea sylua non procul à monasterio
eo immanis & saeuus, qui plurimis illac iter faci-
entibus necem intulerat. Huic vir sanctus, cum o-
mnes locum illū adire trepidarent, accessit & flam-

mas oculis obuiam sibi venientem solo intui-
tu prostrauit, & iter infectū omnibus magno mul-
tatum gaudio & stupore expeditum reddidit.

Post hæc coepit Spanydriō & discipulorū nu-
mero & præclaro omnium virtutum germine ma-
gisque florescere: nam præter assiduam diui-
narum rerum cōtemplationem vir sanctus sedulo
scriptos voluebat codices, eorumque vim discipulis
valenter exponebat, & frequenter cum admiran-

te ei uisionis opinione varijs de rebus ad eos dis-
cepbat: prorsus ut cum alijs, tum Epiphanius Edese
philosophus & orator insignis, ad eum cōfluere-
nt, doctrinæ eius participes fierent. Porro hic phi-

loso-
phus cum anno admodum vno varijs de rebus
cum viro sancto disceptasset, neque vllō modo ve-
ritatis lucem sincera mente inspicere posset, acci-
dit ei quodā vt homines sexaginta numero, Agri-
cultorum adolescentē truculento damone vexatum,
carceris vincium, ad Epiphaniū deserrent: vt pro
pitiā tua in oēs benignitate ac misericordia hunc
miserum ab ea calamitate liberaret. Et qui-
dam Epiphanius philosopho illum obtulit, spon-
dit, h. deorum suorum virtute, quibus veram di-
uinitatis rationē tribuebat, demonem expelleret,
& prouisus relicto Christo ad deorū istorum cul-
tam & religionem accessurum. Si verò ipse Chri-
sti potentia & gratia immūdum spiritum ei jceret,
rebat ne diutius pertinaci mente cum certissimo

animæ suæ periculo, reluctaretur. Hæc dicentem Epiphanium ridebat philosophus, neque villo modo persuadere sibi poterat tantam viro sancto vim esse, vt sæuum adeò dæmonem comprimeret. Tam verò Epiphanius nihil vltra cunctatus adoleſcenti adiit, philosopho interim fugiente & prudenter quasi imminens periculū declinante) & ferreus vir, quibus arctiſſimè cōstrictus iacebat, solū prohibitoq; sacro sancto Crucis signo in nomine Christi Iesu crucifixi dæmonē in fugam cōpulſit: hinc adoleſcens cōpositis adeò moribus, vt philosopho eo spectaculo victus, è cubiculo, in quod præſeſe concluderat, erumperet: & ante pedes sancti viri prostratus manus daret: & execrabili rore relicto ex animo nomen Christo dedit.

**Epiphanius
philosophus
credit.**

His alijsq; virtutibus cum longè hæcque Epiphani nomē inclaresceret, factus est indies frequens hominum ad monasterium cōcurſus vt optatum sancti benedictione potirētur. Ea res cum Epiphanius valdè impedimento esset, statuit se fugam proripere. Itaque assumpto discipulo in Aegyptum perrexit: cumq; Leontopolim venisset, inuenit hominē Hieracem nomine, qui magnū discipulorum numerū sub monastica disciplina tenebat, eruditionis opinione præstans diuinarū rerum peritiam & horridum vitæ institutum ageret, & sine disciplina omnes cupiditates elideret præcipua

**Epiphanius
in Aegyptū
fugit.**

**Hieracis er-
rores.**

quandam de resurrectione carnis nostræ sententiam mordicū tuebatur, palā docens nequaquam in eadem carne resurrectionē futuram: & infantes in æros perfectam viri ætatem in altera vita notos futuros. Quibus auditis Epiphanius vehementer commotus & zelo inflammat, quod tantum discipulo

rum numerum in apertum secum errorem per-
 traheret, dixit: Obmutesce, & discite spem resurre-
 ctionis nostrae vana doctrina deinceps non peruer-
 re. Quo dicto protinus omni loquendi facultate
 priuatus est Hierax: adeo vt eo miraculo discipuli
 obstupescerent, supplicesque ab Epiphano sanio-
 rum doctrina postularent. Qua tradita, Hierax lo-
 que beneficium restituit: monuitque vt deinceps
 sincera & pura auditores suos doctrina imbueret.
 Leontopoli vero discedens in superiorem The-
 tadem ad Iohannem quaedam multis virtutibus &
 illustri laudibus ornatum venit: vbi adolefcentem
 demonio vexatum liberauit: inde ad Bubalia mi-
 gras septem ibidem annos exegit. Cumque res ibi
 ad mirandas gereret Eudemon philosophus, vt
 in eo disputatio cogrederetur, accessit. Is autem
 dicebat puerum altero orbatum oculo: cumque
 Epiphanius mentem eius potenter nimis a demone
 illam scripturis diuinis expugnare non posset:
 inquit, Eudemon, quandoquidem super omnes
 sapientia polles, & diuitijs, & deorum tuorum vir-
 tutum gloriaris plurimum, velim vt huic tuo puero
 auentias & amissum lumen restituas. Risit hunc E-
 piphani sermonem philosophus & quasi respensione
 illum contempsit. Tum Epiphanius: Vt cogno-
 scas, inquit, Christum verum celi terraeque Dominum esse,
 & virtute lumen recipiet: simulque extensa dexte-
 ra vice Crucis signum oculo impressit, & protin-
 us amissum lumen recuperauit. Quo miraculo vi-
 sus Eudemon ad genua viri sancti procidit, & pa-
 nis superstitione relicta, Christo nomen dedit. Eo-
 dem tempore in Phoenicium regione dira fames mi-
 seros mortales exagitabat, & extrema siccitas ter-
 ram confecerat: cumque nullum in calamitate refu-
 gium

Hierax pri-
 uatur linguae
 officio.
 Baroni haec
 aliaque paru-
 fida integri-
 tate esse scri-
 bit, & scri-
 ptore medici-
 cij arguit, &
 ego aliorum
 committo iu-
 dicio. Vide
 tom. 4. An-
 nal. fol. 298.
 Epiphanius
 curat demo-
 niacum.

Signo Cru-
 cis sanat ex-
 cum puerum,
 & Eudemon
 credit.

gium inuenirent, ad Epiphanium abierunt ut rebus desperatis pro sua pietate opem ferret. Non recusauit vir sanctus, quanquam se peccatorem diceret, quin preces cum lachrymis pro salute miserorum ad Deum funderet. Et ecce cælum repente obductum nubibus copiosum in terram imbrem effudit: hagesque Solis ardoribus exustas recreauit. Perpetuauit deinde toto triduo eadē pluuia, quā, populi rogante & obsecrante, suis quoque precibus repressit.

**Impetrat
pluuiam suis
precibus
Epi.**

**Hilarion in
Cypro.**

Degebat id temporis in Cypro S. Hilarion, cuius conspectu & benedictione ut fruere tur eo properauit. Post mutuū autem cōgressum & colloquium suauissima, Epiphanius cum solitudinem repetitū statuisset, vetuit Hilarion, eumque ut Salamitā pergeret, & habitationis locū ibi eligeret, monuit. Sed Epiphanius & Hilarionis monita negligens, & conscensa nauī Ascalonem iter instituit. Et cum ingenti subito tempestate coorta, nauis periclitum cepit, totoque triduo mortis imagine perpetuo ob oculos versante, vi vndarum iactata est: & tandem, frustra fluctus euitante magistro Salamitanā delata. Erant id temporis Episcopi congregati, & defuncto loci illius antistiti alium subrogatum.

**Pappus Epi-
scopus infi-
gnis.**

Dumque magno studio pro grege solliciti, dignitate quo munere virum exquirunt, fuit Pappo Cypri Episcopo (qui eam dignitatem annis quinquaginta cum eximia sanctitatis laude & gloria etiam in Cyprii administrauerat) per visum de Epiphania reuelatum. Itaque Pappus Epiphanium ad forum euntem, ut vvas victui necessarias emerere, cum se obus Diaconis subsequutus est: & data salutacione benigne eum ad ecclesiam secum inuitauit. Respondens datus continuo verbi diuini Epiphanius, quod dicit: Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in de-

m Domini ibimus, relicti, quas empturus erat,
 nis, hilariter subsecutus est. Cumq; ad altare ven-
 esset, Pappus sacris eum ordinibus (adhuc e-
 licus erat) iniciavit, & Episcopum ritè con-
 secrauit. Ea re, cum prater expectationem accide-
 re, commotus Epiphanius animo vehemèter ang-
 i, largissimo seruo dolorem testari cœpit: & omni-
 bus modis se eo munere indignum clamans niteba-
 tur impositam humeris dignitatem abijcere. Sed
 Pappus Dei voluntatem per visum oblatam
 sponeret, tadem acquieuit: totisque se viribus ad
 nam functionem sanctissimè obeundà accinxit.
 Tribus autem post diebus vir quidã venerandus
 Diogenon nomine, ære centum nummorum Dra-
 conem cuiusdam clarissimo ciuitatis illius viro obstri-
 ctus in vincula coniectus est. Cumque omni libe-
 rationis spe (erat enim Romanus) destitutus vitam
 æqualore & luctu graui exigeret, Epiphanius,
 cui summa erat erga calamitosos benignitate, vt
 debito subueniret, relictos in Episcopatu ad eccle-
 siam ministeriũ nummos totidem Draconi tradidit:
 Diogenonem ex insperata salute mirificè exul-
 tatem in libertatem restituit. Eo autè pietatis stu-
 dio Diaconus quidã Charinus nomine (qui magna
 ditate, quanquã admodum diues, lucro inhia-
 re grauius offensus sanctissimum Antistitem ca-
 uendi ansam arripuit. Itaque non destitit no-
 m Epiphanijs apud alios traducere, & quibuscun-
 que modis poterat iniuria afficere. At vir sanctus
 acceptæ iniuriæ immemor parem semper animi be-
 nignitatem erga Charinum conseruabat. Accidit
 enim vt vir sanctus die quodam omnes ecclesiæ
 ministros conuiuio exciperet. Cumq; de more
 sacrosancto Euangeliorum codice pia monita
 inter

Epiphanius
 initiatur sa-
 cris & con-
 secratur E-
 piscopus.

Debitorem
 Romanum
 e carcere li-
 berat.

inter prandendum de promoteret, coruus, qui in eodem
 fortè domo alebatur, intensè vocè emisit, & secun-
 dò ac tertio concitavit. Tum Charinus in medio
 conuiuarum: & quis, inquit, vestrū intelligit, quod
 sibi hic coruus excutendo vellet? Ceteris autē silen-
 tiis dixit Epiphanius: Annūcia mihi & ego te me-
 orum omnium dñm constituam. Cui Epiphanius
 Coruus hic te amplius Diaconū non futurum pro-
 dixit. Sublata deim mēsa & oratione peracta, Cha-
 rinus repente correptus tremore in morbum in-
 cidit, ex quo altera luce vita defunctus est. Eius vo-
 rō coniunx insigni pietate matrona decem anno-
 rum decursu ex manu altera paralyti laboraba-
 quā, intellecto viri sui repente interitu, cum
 sua Epiphaniō obtulit: à quo non sine ingenio mi-
 raculo manus sanitatem obtinuit.

Charini re-
 petina mors

Idem de Car-
 po scribit
 Dionysius
 Areopagi-
 ta.

Porro vir sanctus cum in more positus haberet
 oblationis tempore non prius tremendum altaris
 sacrificium peragere, quam caelesti visione aliquod
 diuinæ propitiationis signum haberet: accidit ei
 quodā quod nulla ei post vota precesq; visio ob-
 ferret. Unde concubatus sanè vim lachrymarū pro-
 fudit, timensq; ne fortè per humanā fragilitatem
 aliquam peccati cōtagionem contraxisset, eum
 Deum precatus est vt causam, quò minus soluta
 suo ostenderetur, indicaret. Et ecce stantem a les-
 stris Diaconum repente in fronte lepra deforma-
 tum vidit, cui protinus benignè, vt relicto muni-
 rio, domum se conferret, annuit. Abijt ille, coe-
 amota, solitum diuinæ clementiæ signum Epipha-
 niō sese conspiciendum præbuit. Peracta autē
 oblatione, accersitō Diacono, causam ex correpta
 tina lepræ sciscitatur. Tum ille, hac, inquit, voce
 pater, à luxurioso vxoris concubitu, quem admo-

um oportuit, non abstinui: & nihilominus diu-
rum cum alijs mysteriorum particeps fieri vo-
lebam. Quo audito vir sanctus cælibes tantum, &
perpetuo castitatis voto sese astringentes ad sacra
unctiones assumpsit.

Erat in diocesi eius vir quidam diuitiarum exi-
matioe facile princeps Draco nomine: qui mul-
tis virum sanctum iniurijs afficiebat. Is filium ha-
bebat aduersa valetudine satis periculosè laboran-
tem, pro quo frustra in medicos ingentes opes con-
sumpserat. Cum autem aliquando Epiphanius il-
liter haberet, vbi is Draco inter alios viros po-
nentes honoratus sedebat; fuit omnium iocis indignè
receptus. Aderat etiã Draconis filius diuturna rabe
atavus. Cumq; appropinquasset Epiphanius ni-
villis iocis & iniurijs, quas in eum iaculabantur,
agrũ illum manu apprehendit, & ait: Dra-
con, tu quoque esto sanus. Ad ea verba ager statim
convalescit; & cunctis stupentibus exiliit. At pater
miranda fuit admiratione perculsus, vt timore &
amore correptus in morbum incideret, quem vir
sanctus suis etiam precibus depulit: pro quo bene-
dixit Epiphanius quinque nummorum millia obru-
it, quæ vir sanctus accipere noluit, dicēs: Cur mi-
sericordias imponis, cum ego gravari nolim. Vnica
corpusculum tunicella contentum est, & præ-
panem potumque aquæ omnibus communem
desiderat. Non multò post Synesij filium ho-
m̄ gentilis Eustorgium nomine defunctum, ad
Christum reuocauit, vnde multorum animi magnitu-
dine rei defixi, ac noua dein lætitia perfusa diui-
ni Christi potentiam agnouerunt: & ex templo
in Deum conuersi sunt.

Administrabat id temporis Sedem Hierosoly-
morum

Nōta quales
voluerit hā-
bere Eccle-
siaz mini-
stros.

Draco hō-
mo impius.

Agri sanat:

Excitat mor-
tuum.

Iohannes Episcopus Hierosolymitanus.

morum Iohannes, qui cum viro sancto olim quidam doque in Hilarionis monasterio Christo militauerat. Is cum animum simul cum honoribus permutasset auaritia cæcus immensas domi diuitias accumulauit: nec poterat illa auri fames vlla satietate expleri. Quod ut intellexit Epiphanius conuenit est eum ad benignè pauperibus faciendum allicere. At is aurum suum quouis charitatis officio precebat: neque vllam pauperum curam habebat. Tum Epiphanius callidè per speciem mutui argenti podium circiter mille quingentarum extorsit, potius quam impetrauit: totumque illud mira hilaritate egenis distribuit. Interiectis autem diebus aliquid Iohannes importunus exactor argentum repetens Epiphanius leniter & placidè se reddidit promisit. At ille instare, & vrgeri, & vim inferre & virum sanctum impostorem appellare cœpit: multis eum iniurijs afficere non desistit. Epiphanius autem nihil commotus in faciem eius expulsi statim cæcitate percussus pronus in terram cecidit & sic demum agnito turpissimo auaritię vitio cum lachrymis sceleris sui veniam postulauit. Tum Epiphanius quanto se crimine obstrinxisset, docuit & impositis capiti manibus dextero oculo lumina restituit. Orauit autem Iohannes & pro sanitate cui tamen sanitas restituta non est: vt eo signo admonitus modestiam deinde conseruaret; & auaritię pestem cautiùs subterfugeret.

Iohannem propter auaritiã percussit.

Post hæc cum fama miraculorum eius longè teque increbresceret Romam quoque delata est, quod tempore Archadij & Honorij Imperatorum sanctorum periculoso admodum morbo laborabat. Morbo enim ille qui ad totius corporis contagione serpens manum eius inuaserat & miserrimè depulserat.

Epiphanius missis ab Imp̄p̄ nūcijs Romam
 vocatus fuit, vt miseræ mulierculæ à medicis tum
 obtineat opem aliquam, si posset, adferret. Venit
 sanctus & apprehensam manum eius trina vice
 percussit, omnemq; dolorē cum pestifera contagio-
 nis depulit. Fertur quoq; eodē tempore eiusde
 uxorem filium vitæ functum à mortuis excitasse.
 Consuueerat vir sanctus pro salute miserorum
 precibus pernoctare. Cumq; aliquandō extre-
 missime cunctos oppressisset, & Faustianus in-
 frumentum vim dōmi congestam haberet, E-
 phanius vt pauperū inopiæ subueniret supplex
 frumentum postulabat. At ille ab omni mise-
 rentia alienus & cilice durior preces reiecit: &
 contemptam vt à Christo Deo suo opem postu-
 laret, obiecit. Tum Epiphanius noctū pro consu-
 etate Sanctorum cœmeteria martyrum reliquijs
 ingressus, Deo supplicauit vt aliquod in ex-
 tra calamitate miseris refugium ostenderet. Erat
 in templū quoddā regio signaculo munitum
 à Tutela Iouis nomen obtinebat. Huic tem-
 pli quis appropinquasset à malo dæmonē statim
 mulctabatur. Epiphanius verō iussus est à
 templum illud ingredi, & aurum quod ibi re-
 positum erat efferre, vt eius precio frumentum
 pararet. Fecit, vt erat cælesti oraculo admoni-
 tum, omne frumentum, quod Faustianus in hor-
 reo haberet, emit ac pauperibus erogauit. Non
 post idem Faustianus inopia rei frumenta-
 rum multo seruos suos in Calabriam mittere
 coepit. Putabat enim suo nomine & magnifi-
 centia indignum esse ab Epiphaniō aliquid cōme-
 morari. Sceleratus mox dignas sua duritie & super-
 bias dedit. Nam vt sex eius & quinque nau-
 gia

Filiam Theodosij Imperatoris fanat.

Faustianus durus & auarus.

Templum Tutela Iouis.

pp
gia

Vitio diuina in Faustianum.

gia frumento onusta ex Calabria in portum Constantiæ delata sunt, coorta ex improviso temporali cuncta disiecit & fluctibus oppressit: & ipse postmodò Faustianus subitanea morte sublati sunt.

Erat quidam Ruffinus nomine, Diaconus, qui a codæmonis instinctu viro sancto necem timebatur. Ei autem, cum secundas in ministerio resereret, ex officio Episcopi thronum adornare incideret.

Ruffinus necem molitur Epiphanius.

Itaque homo sceleratus & audacia singulari praeditus acinacem sub veste fragula recondidit, nihil minus suspicanti antistiti ad Sedem properanti in viscera penetraret. Sed vir sanctus, quænam die latere non poterant, eum ad Sedem addidit Ruffino ut fragulas velles tolleret, quoniam fante, Epiphanius eas sustulit, simulque gladius suus, dextero insidiatoris pedi infixus est. Tunc ait: Cessa deinceps ò fili, inquit, ab hac insolentia periculum, quod tibi struis, in caput tuum reddebat.

Contulit aliquandò sermones cum Aetio Valentinianorum Episcopo. Erantque Constantianorum huius hæresis sectatores. Cum igitur perturbationum cõtestione superaret Aetius, & incedens in Deum blasphemias enumeraret, dixit Epiphanius: Obmutescere Aeti, & intellige istam insolentiam Deo hominibusque execrabilem esse.

Impio heretico obstratum os.

dictis planè obmutuit impius diebus sex, sed postmodò verò vitam cum morte permutauit. Eo tempore plurimi ad orthodoxam fidem conuersi sunt, Epiphanius virtutem sine fine admirantes hæreticorum impietatem (quorum ingens erat Constantianorum & diuersitas, execrati sunt. Laborabat quoque

Theodosius Imp. paralyticus laboratè signo Crucis sanat.

ferè tempore Theodosius Imp. paralyticus. Cum mensibus lecto affixus à dolore vinceret, Epiphanius eum à Cipro in regiam euocauit, ut eius per-

...tatem consequeretur, qua ei vir sanctus Crucis
 ...te benigne impartire: obtinuitque ut oēs Ca-
 ...holicę fidei aduersarios, si rectis dogmatib⁹ parere
 ...saret, ex Cyprorū regione eijceret: ne seua cō-
 ...o ad toti⁹ corporis pernicię paulatim manaret:
 ...Imperatoribus deindē valere iussis cōscensā na-
 ...Cyprum repetijt: & ecce post multa in concauo
 ...colloquia cum discipulis habita, post moni-
 ... & preces singulos suauissimē amplexās ē corpo-
 ... custodia migravit. Ibi verō cum discipuli Pa-
 ... amantissimi mortē amarissimē desferent, vnus
 ... auis amota veste eius num circūcisus esset in-
 ... gare voluit. Epiphanius autem sublato pede de-
 ... ro tanta vi in faciem eius impedit, vt ad nauis
 ... puppim proiectus expiraret. Tertio verō die
 ... locum hoc modo vita functum ad sanctissi-
 ... riri pedes deposuerunt: quorum contactu mox
 ... ram reuocatus est. Fuit deindē prospero vēto,
 ... ante seua admodū tempestas fuisset, nauis
 ... sacris reliquijs Constantiam delata: quibus
 ... cum honore ac reuerentia ad ecclesiam de-
 ... ris, magna sanē contētio exorta est. Nam cum
 ... b⁹ honorifica eas sepultura in ecclesia digna-
 ... llet, Longinus & Petronius Diaconi heretica
 ... niani prauitate adhuc infecti, pertinaciter
 ... chazot: cōmuni lege pugnantes qua cautū erat
 ... auera in ciuitate condi rentur. Decem itaque
 ... uacerrimē decertatū est, cum sacrū sancti viri
 ... crebris interim miraculis cōruscaret, & a-
 ... nitate corporū, alijs visum, alijs denti⁹: alla
 ... beneficia cōcederet. Quibus cōmotus Sa-
 ... Diaconus cū Dracone viro venerabili, arre-
 ... gone sepulcrū effoderē cōepit. Cumq; Longi-
 ... & Petronius eadē qua prius animi pertinacia

Obitus viri sancti.

Stupendū miraculum.

pp : sese

Vide quid
Sancti post
mortē pos-
sint si inuo-
cati cum fi-
de fuerint.

fese opponerent, & rudem plebeculam ad turbā-
ciendas cōmouerent; Sabinus voce magna & laeta
amarissimo exclamauit: Sancte Pater Epiphani-
scio & credo quōd cū in hac caduca vita plurimū
apud omnipotentē Deum poteris, nunc certatim
plius aliquid vales: quare te oro vt Longinum &
Petronium comprimas: & impiam eorum conser-
tionem refellas. Hęc cū dixisset, Longinus frater
humi prolapsus exspirauit: Petronius vero & lae-
gae & manuum officio priuatus, quarto decimo
vitam cum dolore finijt: & sic demū cum gratia
& honore sacrum corpus in ecclesia sepultum est.

Maxim⁹ in-
uocans S. E-
piphanium
a dæmone
liberatur.

Imperator autē Archadius intellecto sancti
ri obitu, diebus quadraginta in luctu versatus
missōq; Maximo viri militari & egregiē pio sep-
turam in ecclesia contra legem latam factam con-
firmavit. Is verō Maximus ab immundo obitu
spiritu dirē interdū torquebatur. Itaque Constan-
tiam ingressus magna sanē de Patris Epiphani-
nignitate concepta fiducia, monumētum ad-
fuis cum ardentissima pietate precibus contra im-
mundum merita precesque sanctissimi viri impo-
rauit, statimq; fugato dæmone sanitatem obtinuit.

DE S. SERVATIO TVNGRORVM E-
scopo. ex Gregorio Turonensi histor. Francor. lib. 10.
cap. 4. & 5. Interfuit Concilio Sardicensi & Neopoli-
pimensi, celebrato post Consulatum amatiq; & in
anno 346. Praeclaram eius etiam mentionem facit
S. Athanasius in Apologia ad Constantium. Item
quod Sigebertus in Chronica cum Domini nostri
su Christi consanguineum secundum carnem fuisse
& plusquam trecentis annis vixisse scribat, quod
tunc

*memorandum de eo sit consule Baronium, qui portentosa
ea esse putat*

S. Anctus Seruatus Tungrensis Episcopus, vir 13. Maij,
eximia sanctitatis, vigilijs ac ieiunijs vacans,
& crebro lachrymarum imbre perfusus, Dei
misericordiam assiduo deprecabatur, ne vnquam
opem Hannorum incredulam (quam rumor erat
in Gallias velle prorupere) eo fauere permitteret.
sed cum se à Deo (delictis populi hoc exigentibus)
nullam pati per spiritum intelligeret, urbem Ro-
mam petijt, vt adiuctis sibi Apostolicæ virtutis pa-
tricijs, quæ humiliter à Deo flagitabat, facilius
mereretur. Accedens ergo ad B. Petri A-
postoli tumulum multis diebus biduo triduoque
iudum, sine omni cibo potuque in precibus per-
sistebat. Cumque in tali corporis afflictione im-
mensam iram à ceruicibus populi sui depellere
non posset, responsum accepit: immutabili Dei vo-
luntate constitutum esse quod gens illa Gallias de-
popularetur: oculos tamen eius mala illa non vi-
derent. Acceleraret igitur Galliasque velociter re-
cederet & funeri suo necessaria pararet.

Romam pe-
tit S. Serua-
tius.

igitur relicta Roma, quata potuit celeritate ma-
gna, Tungrorum urbem ingressus est, & clericis
quisque vrbis ciuibus valedictis Episcopalem
in Traiectum transtulit: illisque cum magno
de eiulatu eum prosequentibus abiit: & Tra-
iectum accedens mox leni correptus febrî, paulo
post corpore recessit: ablatusque à fidelibus, iuxta
aggerem publicum sepultus est.

Apud Tra-
iectum S. Ser-
uatus mox
recessit.

Quod hoc sanè inter alia eius miracula admira-
bile cum primis dignum est, quod cum maxima vis
hiemali tempore de cælo decidat, & omnia
circu loca repleat, nunquam tamè eius sepul-



Vide rem-
admiranda.

erum operuerit; donec industria ciuium basilica
super illud ædificata est. Et quidem pia fidelium de-
notio studiumque non raro oratorium de tabulis
lignis leuigatisque construebat, sed protinus
rapiebantur à vento aut spontè ruebant. Credo li-
circò ista accidisse, donec veniret, qui dignam tam
glorioso Antistite fabricam ædificaret. Procedente
verò tempore Monulphus Episcopus, templum
signi opere in eius honorem cõstruxit, ornauitque
in quod multo studio & veneratione translatione
pus, magnis pollet virtutibus.

Monulphus
Episcopus.

VITA S. IOHANNIS EPISCOPI

*Silentiarij, Lauri abbatis Saba, ex ea qua est per Co-
zillum mona. hū. Floruit temporibus Zenonis imp-
agens iam tum annum quartum supra cente.*

13. Maij.

Eius patria
& parentes.

Iohannes Silentarius ex Nicopoli paræticus
signi generis nobilitate & opibus clarissimus
dus, patre Encratio, matre verò Euphemia, qua-
to anno Imperij Martiani natus est. Cumque a pa-
rentibus Christianis sanctissimis disciplinis a ma-
tris vnguibus institutus esset, ipsamque quodam-
dò sanctitatem cum lacte imbibisset, utroque
te pie & sanctè vitæ munere perfundit, Deo
tum, octauodecimo ætatis suæ anno consecra-
tum, in ipsa Nicopoli ex proprijs facultatibus templum
Virgini matri sacrum ædificauit: in quo assumptis
decem fratribus eximia pietate viris cœnobitum
vitam instituit. Ibi tantis tamque egregijs virtutum
omnium exēplis cæteris præluxit, vt Sebastia
ropolitanus fama eius commotus, ciuitatis illius
quæ Colonia dicitur, antistitem eum constituit.
Is autem cum inuitus Pontificatum suscepisset, in
dignitatem illam administrauit, vt de monachis

Templum
cõstruit, sit-
que mona-
chus.

Ordinatur
Episcopus.

...ze feueritate nihil remitteret. Cumque ieiunijs
...orationibus assiduis operam daret, tum præci-
...um in castitate & corporis & mentis studiū col-
...abat: prorsus vt toto vitæ tempore nunquam
...psum oculis nudis inspexerit. Hinc tanta men-
...pudicitia
...eius.
...pudicitia
...eius.
...pudicitia
...eius.

Pudicitia eius.

Transactis autem decē in Episcopatu annis, cum
...ereret indies magis magisque pietatem ab homi-
...malicia præfocari, nihilque amplius sanctum,
...ill syncerum in hominum moribus inueniri sta-
...re, relictis omnibus huius turbulentæ vitæ nego-
...tum tranquillum religionis portum secedere. Ita-
...omnibus inscijs cōscensa nani Hierosolymam
...vbi ante quam nouo alicui instituto penitus
...cideret, votis precibusque Dei voluntatem ex-
...tere stacuit. Itaque in oratorio Georgio marty-
...tro in fundendis ad Deum precibus lōgo tem-
...cum versaretur, ecce vidit nocte quadam stel-
...inter alias omnes admirando splendore ruti-
...nem & viuificæ Crucis figura insignitam. Eam
...attonita mente contemplaretur visus sibi au-
...roces est, vt eam lucem sequeretur, si vellet si-
...tore ad veram rectamque salutis viam perue-
...re. Itaque sine cunctatione ad illam lucem gres-
...diriges, ad maximam Lauram centum & quin-
...ginta Anachoritis celebrem, quibus omnibus
...has præerat, peruenit. Erat autem locus ille om-
...nino solatio humano destitutus, sed tantis tam-
...que eximij spiritualis vitæ delicijs floridus, vt
...eo præclarius, nihil iucundius videretur.

Abit vir san-
ctus Hiero-
solymam.

visio eius.



Degit in monasterio Sabas.

Ad hanc igitur accedens Iohannes, se Sabas in disciplinam tradidit. Fuit continuo ad OEconomum missus, ut ei in ijs quæ ad victum & Lauræ mundiciem spectabant, inseruiret. Fecit hoc vir sanctus tanta glacritate, ut præter excipiendorum hospitum curam, omnibus insuper & singulis patribus incredibili humilitate & mansuetudine ministraret. Hæc autem ministerio postquam anno vno cum laude versatus fuisset, Sabas visa admiranda viri pietate ab omni externa occupatione & congressu hominum separavit, ut tota mente diuinis rebus inco-

Degit in magno silentio.

beret. Itaque accepta silentij cella, tribus admodum annis in admiranda viri austeritate vixit, totis quæ hebdomadæ diebus cibi potusque expertus, aamine videbatur. Sabbatho autem & Dominica ceteris reliquis quidem ad diuina veniebat, sed ab omnibus semotus mente oculisque cælo intentus, tantum psalmodiæ officium explebat. Quo peracto continuo ad tutissimum silentij & solitudinis portum confugiebat. Expleto autem trienni tempore OEconomia Lauræ eum profecit, & ignarus ad conditionis eius, ad Eliam sanctæ ciuitatis Antiochepiscopum eum adduxit, ut sacerdotio initiaret. Cumque eo vetum esset ut manuum suarum amputatione antistes eum consecraret, Iohannes necessitate compulsus Eliam secretum petijt, eique esset cum multis lachrymis aperuit. Obstupescens mediocriter antistes, vocatoque ad se Sabas, dixerit non posse ut Iohannes, sacrorum ordinum gradus conscenderet, quare ne quis ei molestiam crederet, silentium ei concederet.

Ea re magno animi dolore affectus Sabas, totum se ad deprecandum Deum contulit, ut, num quomine obstrictus esset Iohannes, intelligeret. Et tunc

crebras preces & lachrymas per visum ei exi-
 iohannis sanctitas reuelata est: & quomodo
 greca dignitate terrena ad singularem animę puri-
 tatem consequendam ad solitudinem confugisset.
 tum vehementer gauisus senex quietem illi cōces-
 sit assignatoq; ei ministro annos quatuor ab omni
 familiari hominū colloquio congressuq; abstinere
 permisit. Quo tempore vir sanctus nunquā pedem
 extra extulit: nisi quo die solennis Laurę dedicati-
 onis memoria cum festiui gaudio recolebat.
 Expleto verò quadrienni tempore nouorū in-
 tarum insolentia offensus secessit in desertū Ru-
 bę quinquagesimo ætatis suę anno; vbi annis no-
 uis ab omni humana cōsuetudine remotus in spe
 soli Deo cognitus delituit. Cumque die quo-
 ad colligenda in vsum cibi melagria sua spē
 teoria solitudinem oberraret, viarum ignarus
 quædam præcipitia incidit; è quibus nullo
 modo se extricare poterat: prorsus vt propemodū
 in visum humi laberetur. Ecce autem repente di-
 uinitatis virtutis visitatione in altū sublatus, non secus
 propheta Abacuc in sua est spelunca inuentus.
 Venit aliquandò frater quidam ad eum anacho-
 ritę vitę v̄ apparebat cupidus. Sed is paulò post
 philosophiæ radio affectus, instante Paschali
 curate, Iohannem vt secū ad Lauram pergeret,
 rogare cœpit. Erat enim summa ibi rerum
 penuria & frater ille lautiori aliquatū
 fractam inedia carnē roborare volebat. Cui
 nullo modo acquiescebat, sed hortabatur
 anter vt Dei benignitatem præstolaretur,
 pens esset in vasta solitudine non modo quæ
 elicitatem sed quæ ad voluptatem etiam faci-
 lunde suppeditare. Sed ille his alijsque mini-
 mē per-

Abbati Sa-
 bæ diuini-
 tus reuela-
 tur quis es-
 set hic vir
 sanctus.

Degit in de-
 serto Rubę
 nouē annis.

uolub dca
 uolub dca
 da uolub
 dca uolub
 dca uolub

mē persuasus, relicto Iohanne, ad Lauram abiit: sed errabundus, quò desiderabat, peruenire non potuit. At venerāndus Pater Iohannes, eo absente, multis fuit à superueniēte quodam amico donis ac muneribus affectus, pane optimo, vino, oleo, calco recente, melle & ovis. Alter autem triduana inedia & labore confectus tandem redijt & ingenti pudore affectus eum demum esse diffidentiae & inobedientiae fructum intellexit.

Eodem tempore Alamundares Sices Arabum & Palæstinā inuasit & flamma ferroque cuncta populatus solitudinem peragrabat. Cumque omnivnicum in fuga salutis suae praesidium cōstitueret, Iohānes nullo modo Rubam deferere voluit. Quenim, dicebat, si Deus mei curam nō gerit, quid meo? Itaque caeteris omnibus in fuga saluteque periculis, ille altissimū suum refugium posuit & animo imperterrito aduentātes barbaros expectans. Eccē autem admirabilem diuinā prouidentiae bonitatem, & paternam suorū curam in omni saeculū aeternitate praedicādam. Leo immanis & terribilis sanē die noctuq; viro sancto assistens barbarorum vim repulit, & ferocius irruentes ipse ferocius oppressit. At Sabas Nicopoli veniens Iohannem alij & multis rationibus persuasum, ad Lauram quam alio in loco à Barbarorum incurfione immunitate construxerat, secū abduxit. Ibi autem in cella quietus latuit donec Angelo reuelante ad aliorū salutem profectum & vtilitatem mirabiliter innovatum. Quod qualiter contigerit non erit abs re persequi explicare. Atherius Archiepiscopus ex Asia regressus religionis ergò Hierosolymam sacra loca videri venerat; cumque votis precibusque ex animi deuotientia persolutis in patriam maurearet fuit cō-

Leo defendit virum sanctum ab incurfione Barbarorū.

in vento non sine periculo A scalonem repulſus :
 per duos verò dies nauigationem reſtauràs ab An-
 gelo ſecundum quietam admonitus fuit, vt reuer-
 ſus Hieroſolymam Iohannem olim antiſtitem &
 in laude ſanctitatis præditum in Lauræ Sabæ Ab-
 baye deſireſcentem conueniret. Tali igitur moni-
 to coraculo Hieroſolymam repetijt, & Iohannem
 conueniens quæ ab Angelo acceperat, enunciauit ;
 iurejurando adegit vt genus ſuum & conditio-
 nem ad illum diem omnibus incognita panderet.
 Igitur Iohannes per nomen Domini ab Atherio
 ſeruat multis cum lachrymis & genus & di-
 ſciplinam, cui ſpontè renunciauerat, aperuit ; cun-
 ta ſanctiſſimi viri virtutes vehementer admiran-
 tes.
 Locus autem in quo inſiſtus erat ſanctus ſenex
 habitabat altiſſimum ab Occidente præcipitium, e-
 que ex petra exciſus & omni humore deſtitu-
 tus. Quadam verò die accepto vnius caricæ ſemine
 cum Theodoro & Iohanni diſcipulis : Si Dei cle-
 mentia huic ſemini & petræ duriffimæ virtutem
 præſtauerit, vt fructum ferat, indicium erit, quòd
 illi dono largitur Deus regnum cælorum. Hoc
 cum dixiſſet, inſractæ illi petræ admonit caricam
 paulatim in altum creſcens eò magnitu-
 dine peruenit, & etiam ramis ſuis tectum operue-
 rit, & tres poſt aliquod tempus ſicus produxerit,
 quæ ſenex cum lachrymis deoſculans comedit,
 ſex dies atque bonorum operum tandem
 pace quietuit.
 Hæc quidem pauca ex multis monumētis man-
 ſerunt eius verò certamina, quæ aduerſus Orige-
 nem & Theodori Mopſueſtiæ dogmata ſuſcepit : &
 ſecutiones & pericula, quæ pro orthodoxa fide
 ſuſti-

Res ſanctæ ſig-
penda.

Hic habes
auctorem
hiſtoriæ.

694 MARTYR. SS. VICTORIS ET CORONÆ
sustinuit, victoriasque & res ab eo gloriose gestas
alijs narrada relinquo. Trigesimo octavo quatuordecimo
anno Pontifex ordinatus fuit, decem vero annis in
episcopatu tractatis, ad Lauram se contulit: in qua
annos nouem exegit: & nunc angusto loco conuul-
sus, in quo vsque in diem hodiernum silet, quadra-
ginta septē annos Dei gratia impleuit. Et licet iam
ætatis suæ annum centesimum quartum attingeret,
est tamē vultu hilari & prompto alacrique animi
ad omnes labores pro Christi nomine perferendus.

Ex hoc loco
constat Io-
hannem ad-
huc vixisse
dum auctor
vitam eius
conscribe-
ret.

MARTYRIVM SS. VICTORIS ET C
ronæ. ex eo quod est apud Metaphrasen.

14. Maij.

QVo tempore Antoninus Romanum admi-
strabat Imperium ingens aduersus Christi-
anæ fidei & pietatis cultores persecutio
fauijt. Erat autem miles quidam genere Italus,
eximia in Deum pietate ante alios clarus, quem
bastianus dux exercitus comprehendit & ad im-
plenda dijs sacrificia compelli iussit. At Victor hoc
namque militi Christiano nomen erat) spreto
bastiani mandato præcisè & constanter respiciens
se nullo modo dijs sacrificaturum. si vellet con-
suetudinis varijs supplicijs excarnificare, se paratum esse
probe certoque sciat animā in manu Dei esse quam
nullo modo attingere posset. Dux hoc accepto
sponso obstupuit, & nūm certum deliberatione
ei esset mortem ita intrepidè oppetere quæ
Ad quæ Victor: Hanc ego mortem esse nequaquam
existimo, quæ vitam cōciliat sempiternam his
breuia hæc tormenta ad extremum spiritum liber-
ter perferunt. Tum Dux digitorum Victoris con-
pages confringi & à cute auelli iussit. At Victor

Victoris cō-
stantia.

Crudeliter
torquetur
S. Victor.

Corone
 gloriosè gestat
 tauro etatis
 n vero annu
 ontulit: in qua
 o loco concub
 n filer, quatu
 it. Et licetiam
 rtum attinge
 acri que annu
 ne perferenda

IS ET C
 obrafen.

anum admi
 uerfus Christi
 persecutio
 nere Italij
 larus, quem
 di & ad im
 At Victor
 erat) spera
 inter resp
 i velle con
 ratum effren
 Dei esse qua
 hoc accepit
 liberatam
 etere qua
 le nequa
 ternam hui
 firum fore
 Victoris con
 llit. At Vict
 qu

tafi iam martyrij primitijs decoratus in eo sup-
 plicio in: redibiliter exultauit. Dux verò fornacè
 vehementer accendi & martyrem in eam conijci
 iussit. Factum fuit quod imperatum erat celeritate
 magna, & ne qua martyris ossa superessent, triduo
 in ea fornace in ea detentus fuit. Tertio verò die
 opinarentur eum penitus ab igne consumptū,
 in ea fornace, præter omnem opinionem marty-
 rum viuum & vultu totoque corpore decorem De-
 i laudantem & psallentem inuenerunt.

Quare corubatus Dux carnes pestifero infectas
 veno ei comedendas obtulit. Quæ cum à venefico
 comedam ei porrectæ fuissent sanctus martyr: Mihi
 inquit, vsus carniū concessus non est, sed
 intelligas veneficia tua nihili esse, eas comedam:
 hinc que precatone prius peracta, eiusmodi car-
 nis velci cœpit: neque mali quicquā passus est.
 veneficus autem pudore suffusus, alia quædam ob-
 iectis prioribus peiora, aitque: Profecto si & huius
 vim superaueris, ego quoque, derelicta arte
 agita, protinus ad Deū, quem tu colis, accedam.
 agitur Victor eadem qua prius, facilitate ea
 exultat, exclamans Magus: En, inquit, vicisti, &
 meam æternis supplicijs deputatam ab in-
 liberasti: statimque libris suis Vulcano tradi-
 Christo ex animo nomen dedit.

A venenō
 nihil ladi-
 tur.

Cōuertitur
 veneficus ad
 Christum.

Inc furore accensus Sebastianus iussit totius
 martyris nervos diuelli, & feruens oleum
 in eius corporis partibus infundi. Quo facto bea-
 tus martyr: Tam mihi, inquit, suaue hoc oleum fer-
 uentissimum est, quàm aqua gelida quæ ab homine
 laborante potari solet. Tunc Dux into-
 natus furore correptus martyrem in ligno suspen-
 dentes eius lateribus faces admoueri iussit:
 & con-



806 MARTYR. SS. VICTORIS ET CORONÆ
 & conuersus ad martyrem: Sacrifica, inquit, dijs
 diu enim te pertuli. Cui Victor: Minime faciam
 quod tu vis, sed quod vult Deus meus: quem pre-
 cor vt sacrificium purum & castū meipsum illi of-
 ferre possim, in cuius potestate & anima & corpus
 meum est. Tunc Dux venenū aceto misit in eius
 fauces ingeri & oculis eum priuari iussit. At beatus
 Victor: Cūm, ait, corporis mei visum exceperis,
 tunc interiori animæ sensu acutiùs videbo. Corpo-
 rei enim oculi mundi huius vanitatem aspiciunt
 at cordis acies veram illam lucem intuentur. Cogit
 me, inquit Dux, multa & magna tibi inferre
 tormenta. Ille autē: Et ego gratias ago Deo meo
 facultatem & robur eadē perferenda mihi presta-
 re. Ut igitur libet, me crucies, neq; vlla in re mihi
 cas: paratus enim sum omnes, quascunq; intuleris,
 ærumnas libenter perpeti, Deo ipso vires suggerente.

Tunc Dux in rabiem conuersus: Suspendite,
 inquit, hominem istum obuerso in terrā capite, vt
 ad anima cum sanguine per nares defluat. Alig-
 tur suspenso milites discesserūt. Triduo in exi-

plicio perseuerauerat, cūm milites redeūtes, mor-
 tuum existimabant, viuū repererūt. Secū-
 tur ipso accessu omnes luminibus oib; castis,
 quæ tamen martyr suis precibus restituit. Inter
 restituta militibus videndi facultate illi abeunt
 & Duci quæ acciderant, reuolere. Tum vero
 rōre astuans, militibus vt Victorem degluti-

præcepit. Cūmque ferro armati appropinquar-
 beatus martyr: Licet, inquit, corporis cutem
 leris, mentem tamen & cogitationes meas non
 perabis. Aderat ibi militis cuiusdam vxor, Stepha-
 na uoimine, annos nata sedecim, quæ voce magna
 Vult

Tres dies re-
 uoluto in
 terram capi-
 te manet su-
 spensus.

Cutis ei de-
 trahitur.

Stephana
 Græcè, La-
 tine Κορο-
 να.

Victore
 dicare co
 nificē
 ideo du
 iteram
 illam
 nullam
 am inus
 Hæc cu
 lam ad
 am es tu
 Dux, quo
 rentium
 o, quici
 um vn
 inquit,
 ana: Re
 rō, & ter
 tū anim
 tans, oco
 uo ipso,
 Dux:
 ar accede
 mētis te
 Stephan
 um sacri
 ramini p
 us audie
 stephana
 ar alligar
 tū bellat
 pra est: p
 gavit. Sa
 uati. Qua

Victorem foelicem & terq; quaterq; beatum pra-
 dicare cepit, & depromptis varijs scripturae locis
 rificis exhilarare. Tandem vero haec accidit. Ecce
 video duas e caelo coronas demissas, vnam maiore,
 alteram minore: & maiorem quidem illam, tibi
 illam ab angelis duodecim, minore vero ad me
 missam audiui. Nam etsi vas infirmu ego sum, nih-
 ilominus tamen & ipsa parata sum certamen subire.
 Haec cum audisset Dux iratus valde, foeminam
 illam ad se adduci iussit, quam sic affatus est: Qua-
 rum es tu? Christiana, inquit illa, ego sum. Tum
 Dux, quot annoru es? Cui Stephana, quindecim, &
 mensium octo. Quaesuit praeterea Dux quadiu cum
 tuo, quicu iuncta fuerat, vixisset. Respondit illa, se-
 ptimum vnu & menses quatuor cu eo vixisse. Et qua-
 erit, tam cito mudum reliquisti? Ad quae Ste-
 phana: Reliqui breuem & fragile mundi huius de-
 coris, & terrenas ac fallaces corporis voluptates, vt
 illi animo Saluatori meo Iesu Christo, quae expe-
 ctandas, occurrere valeam: illi videlicet diuino & ce-
 lesti sposo, terrestris enim ad tempus est & mortalis.
 Tum Dux: Desistas ab ista nugacitate inutili, & ad
 nos accedes illis sacrifices, ne nouis & grauiorib;
 cruciatibus te cruciatu consumam. At illa dixit: Ego vo-
 tum Stephana, cui in caelis corona reposita est. Qua-
 rum sacrificia ista vestra non offeram, vt a vero illo
 tantum sacrificio Christi coronam recipere possim.
 Illis auditis Dux ille furore nimio accensus, ius-
 sit Stephanam duabus palmarum arboribus incur-
 uis alligari: & repetere arbores illas dimitti. Quo
 bellatrix & martyr Stephana per mediu dis-
 cissa est: praclaroq; ornata martyrio ad caelos
 migravit. Sanctum autem Victorem iussit securi
 percussu. Qua sententia mirabiliter gauisus Victor in-
 has

Preclara Co-
rona cofes-
sio.

Discerpta
abit in ca-
elos.

S. Victor se-
cure percus-
situr.

Prophétia
cuius.

has voces prorupit: Gratias ago Deo meo, qui me tali ac tanto dono dignatus est. Cumque ad supplicium duceretur prophético spiritu excitatus, ait Quæstoribus: Post dies septē oratores vestri mori succūbent, & vos post duodecim eisdem mors comprehendet. Dux verò post dies viginti quatuor aduersarijs in captiuitatem abducetur. Porro hoc meum corpusculum post annos tres ab hominibus nostris in loculos iam pridem mihi paratos deturatur. His dictis securi percussus est, statimq; sanguis & lac non sine ingēti omnium admiratione ex uerberibus eius profluxerunt. Quò miraculo multo Græcorum permoti ad fidem accesserunt: in quo postea, exitu certissimo martyris uaticinia prædite, mirificè cōfirmati sunt. Martyrio autem facti sunt S. Victor & beata Stephana in vrbe Damiana imperante Autonino & Sebastiano Duce.

VITA S. BONIFACII EPISCOPI FERENTINI in Tuscia. ex ea quæ est per D. Gregorium Papam lib. 1. dialog. cap. 9. Claruit circa tempora Iustini Imperatoris.

14. Maij.

Paupertas
ecclesie Ferentinae.

SANCTUS Bonifacius nutritus in obsequio Constantij presbyteri ciuitatis illius, quæ Pater dicitur, Antistes, & vitæ sanctitate & miraculis claruit. Habebat is vnicum paupertatis latium vineam exiguam, quæ quodam die in æstate irruente vastata est, vt in ea paucis vitibus parui rariq; racemi remansissent. Pro quo magister vir Dei omnipotenti Deo gratias egit, quod magister se inopia affligi cerneret. Sed cum iam vindemiae immineret, quadam die mandauit Constantio presbytero nepoti suo vt cuncta vini uascula, doliaque omnia vt antè cōsueuerat, pie serua-

prepararet. Quod cum nepos illius presbyter
 uidisset, valde admiratus est, quod quasi inania
 speraret: ut vini vascula prepararet, qui vinum
 nihil haberet: iussis tamen obtemperans omnia
 amore preparauit. Tunc vir Dei collectis racemis
 ad torcular abiit, & eiecit omnibus, solus ibi
 cum puero remansit à quo paucissimos illos ra-
 cemos calcari fecit. Cumque ex iisdem racemis pa-
 uca aliquid vini deflueret, coepit hoc vir Dei per
 omnia dolia vasaque, quae parata fuerant, pro bene-
 dictione diuideri: vocatoque ad se presbytero ius-
 sisse pauperes. Tunc protinus tanta vini copia
 redundauit, ut omnia pauperum vascula
 repleverentur. Quibus cum se idonee satisfecisse con-
 sideraret, apothecam clausit, atque impresso sigillo
 munitam reliquit: moxque ad ecclesiam
 abiit. Die vero tertia, praedictum Constantinum
 vidit, & oratione facta apothecam aperuit, &
 in quibus tenuissimum liquorem infuderat,
 tantum vinum fundentia inuenit: ita ut pauimen-
 tum extrescentia vina inuaderent, si ad haec
 tempus tardius intrasset. Tunc terribiliter pre-
 cepto praecipit, ne quousque ipse in corpore vi-
 det hoc miraculum cuiquam indicaret: parti-
 culariter videlicet, ne virtute facti, fauore humano
 eius, inde intus euanesceret, unde foris homi-
 num magis appareret.
 In quoque tempore cum beati Proculi marty-
 ris appropinquaret dies, vir nobilis For-
 tunatus magnis precibus ab eodem venerabili viro
 postulauit ut cum apud beatum martyrem Missa-
 rum solennia ageret ad benedictionem dandam in
 eum declinaret. Vir autem Dei negare non
 potuit, quod ab eo ex Fortunati mente charitas po-
 sita.

Insigne mi-
raculum.

Q9

poscit.



Vir sanctus
abominatur
meulatore.

poscit. Peractis igitur Missarum solennijs, cum in
prædicti Fortunati venisset mensam, priusquam Deo
hymnum diceret, sicut quidam ludendi arte cibum
solent quærere, repente ante ianuam cum sinu viri
astitit, & cymbala percussit. Quem sanctus vir de-
dignatus audiens sonitum dixit: Heu heu, mortuus
est miser iste. Ego ad mensam refectiois veni, et
adhuc in laudem Dei non aperui: & ille cum sinu
veniens percussit cymbala. Subiuxit quoque dicens:
Ite, & pro charitate ei cibum potumque tribuite:
scitote tamen, quia mortuus est. Qui infelicis vi-
dum panem ac vinum ex eadem domo percipere
egredi ianuam voluit: sed saxum ingens sub
tecto cecidit, ei que in verticem venit. Ex qua
percussione prostratus, in manibus iam semivivus
uatus est. Die verò altera, secundum viri Deo
tentionem, funditus finiuit vitam.

Benignitas
eius in pau-
peres.

Alio tempore Constantius nepos eius, equum
num duodecim aureis vendiderat, preciumque in
repositum. Tunc subito ad episcopum pauperes
venierunt qui importunè precabantur, ut eis
ad consolationem inopie largiretur. Sed vir
quia, quid tribueret, non habebat, & stare cogit
cogitatione, nè ab eo pauperes vacui exirent,
cum repente nepotis equus & precium eius
reconditum in mentem venisset, accessit ad
& pie violentus claustra arcæ comminuit, et
duodecim aureos tulit: eosque indigentibus
euit, diuisit. Itaque Constantius presbyter
sus ex opere, arcam fractam reperit, & cabal
precium, quod in eam posuerat, non inuenit.
Voce magna perstrepare, & cum furore
mare cepit: Omnes hic viuunt, solus ego in
hac viuere non possum. Ad cuius voces cum
ad eam d

Erucas iuf-
fu pellit ex
horto.

magna erucarum multitudine eum cooperum in-
uenisset, quæ omne olus depascebantur, conuersus
ad easdem dixit: Adiuro vos in nomine Domini
Iesu Christi, recedite hinc, atque hæc olera com-
edere nolite. Quæ statim ad Dei verbum iræ omnes
egressæ sunt, vt nec vna quidem intrâ spatium hor-
ti remaneret. Sed quid mirum quod hæc de episco-
patûs eius tempore narramus, quâdo iam ab omni-
potente Deo, ordine simul & moribus creuerat:
dum illa magis miranda sint, quæ adhuc puerulus
gessit. Nam eo tempore quo cum matre sua puer
habitabat, egressus hospicio, nonnunquam sine

Ad huc puer
quàm fuerit
larg' in pau-
peres.

ne crebrò etiâ sine tunica reuertebatur: quia
vt nudum quempiam inuenit, vestiebat, hic
polians, vt se ante Dei oculos illius mercede ve-
ret. Quem mater sua frequenter increpare con-
uerat, dicens quòd iustum non esset, vt ipse
pauperibus vestimenta largiretur. Quæ die quâ
horreum ingressa, pœnè omne triticum, quod
in expensum totius anni præparauit, inuenit
lio suo pauperibus erogatû: cumque semetipsum
alapis pugnisque tunderet, quod quasi an-
dia perdidisset, superuenit Bonifacius puer
camq; verbis, quibus valuit, consolari cœpit. Qu-
cum nihil consolationis admitteret, hanc rogauit
vt ab horreo exire debuisset, in quo ex omni
rum tritico parum, quod inuentum est, remanserat.
Puer autem Dei se illic protinûs in oratione
qui post paululum egressus ab horreo matrem

Precibus ma-
gnam tritici
copiam ob-
tinet.

duxit: quod ita tritico plenum inuentum est, quod
plenu anteã nō fuerat, vndè mater illius corru-
sumptus se congregasse gaudebat. Quo viso
culo compuncta mater, iam ipsa cœpit horreum
daret, q; sic celeriter posset, quæ petijset, accipere.

Hæc itaq;
re conli-
aus aufer-
tribulo p-
ent; galli-
dam inter
eris voci-
nent: is ma-
tem gallina-
atione sur-
ipes redijt
ipe ipsa m-
er: & sic e-
iu & simpli-
no primum
RTORI
ys. ex ea
Christi 246
Eacus Pe-
Senatore
Ea præg-
tera oblat-
plam Iou-
i thabat sa-
ras. Is à dæ-
uplit, eiul-
moribus im-
egressat, qu-
deos illi
repeteret,
egunt: cor-
ra tunde-
qui hoc n-

Hæc itaque in hospitij sui vestibulo gallinas nu-
 tunc consueerat: sed eas ex vicino rure vulpes ve-
 nus auferbat. Quadam verò die, dum in eodem
 vestibulo puer Bonifacius staret, vulpes ex more
 vitæ, gallinam abstulit. Ipse autem concitus ec-
 cedam intravit, & sese in orationem prosternens,
 precibus vocibus dixit: Placet tibi Dñe, vt de nu-
 trimentis matris meæ manducare nõ possim? Ecce
 non gallinas quas nutrit vulpes comedit. Qui ab
 oratione surgens, ecclesiã est egressus. Mox autem
 vulpes redijt, gallinam, quam ore tenebat, dimisit,
 præcibus vul-
 pum inter-
 cit.
 & sic exauditus est in rebus vilibus puer fan-
 tu & simplex, vt in paruis disceret, quantum de
 præsumere in magnis petitionibus deberet.

ACTORIA INSIGNIS PONTII MAR-
tyris. ex ea qua apud Surium est? Passus est anno
Christi 246. Fabiani Papæ S. Philippi Imp. s.

Fatus Pontius patrem habuit vrbis Romanæ 14. Maii.
 Senatorum, Marcum nomine, matrẽ Iuliam. S. Pontij pa-
 rentes.
 Ea prægnans cum templa, falsorum deorum
 oblatura, vnã cum marito suo obiret, ad
 templum Iouis peruenit. Illud ipsa ingrediente,
 stabat sacerdos velato capite infula ornatus
 ras. Is à dæmone arreptus, velamen cum infula
 cepit, eiulansque mirum in modum templum
 horribus impleuit, itã dicēs: Hæc mulier filium
 concepit, qui grande hoc fanum funditus euer-
 tit deos illius cõminuet. Quas voces cum iden-
 ti repeteret, Marcus & Iulia in vicinas ades au-
 gmentate: correptoque saxo Iulia veni rem & late-
 re undebat: Vtinam, inquiens, nõ concepissem
 qui hoc magnum delubrum & eius numina
 euer-

euertet. Satius profectò fuerit me cum illo pariter interire.

Nascitur
Pötius præ-
ter opinio-
nem formo-
sus.

Pöst vbi aduenit pariendi tempus, infantem fo-
mosum enixa est, nulla macula asperum, crissi-
mantibus alijs abortu edituram matrem, propter
vim, crebris ictibus, corpori eius illata. Et illa qui-
dem volebat etiam natum puerum perdere, sed pa-
ter obsistebat, dicens: Si vult Iupiter vici scru-
stem suum, atque ita conseruatus est paruulus, cui
Pontio nomen indiderunt. Nolebant autem vtiq;
in templa idolorum eum introducere. Postquam co-
nit, doctissimis præceptoribus adhibitus, discipu-
rum artium & philosophiæ studijs imbutus est. Pa-
trici memorie omnia comendans. Cum autem
mo diluculo aliquandò ad præceptorem suum ve-
geret, audiuit Christianos, quibus Pontianus Ro-
manus Pötifex præerat, psallentes & dicentes: Deus
autem noster in celo omnia quæcunque voluit fieri
Simulacra gentium argentum & aurum, &c. Illi
audiens diuinitus cõpunctus, suspirans fleuit, im-
latisque ad cælum manibus: Deus, inquit, cuius ho-
des isti concelebrant, fac me, quæso, ad tuam ciuitatem
peruenire: moxq; fores pulsare cœpit. Qui ibi
à Pontifice, Spiritu sancto pueri aduentum et
lante, benignè humaniterq; admissus est. Igitur
igitur puer cum adolescentulo Valerio conu-
pulo suo, de fide instructus est: & sedulo de rebus
posthabitis magistris suis, Pontifici de rebus
nis differenti, aures præbuit.

Pontianus
Pötifex Ro-
manus.

Interea accidit vt reuertetem illum parenti-
eus interrogaret, quidnam è suis præceptoribus
dicisset, cui respondit puer: nunquam se tam
institutum, quam hoc biduo. Tandem eo propo-
sus est, vt parenti suo vanitatem idolorum diceret.

Pontius in-
struitur in
fide Christi
à Romano
Pötifice.

Interea accidit vt reuertetem illum parenti-
eus interrogaret, quidnam è suis præceptoribus
dicisset, cui respondit puer: nunquam se tam
institutum, quam hoc biduo. Tandem eo propo-
sus est, vt parenti suo vanitatem idolorum diceret.

habet: eumq; ad Pontianum Pontificem introdu-
 xit, qui breui eum ad Christu adduxit & lustrali-
 aquis expiauit. Eo autem postea vita munere
 ante perfuncto, filius Pontius, quaquam inuitus
 reluctans in patris locum cum honore substitu-
 it. Porro in regia tanta moru suauitate & mo-
 dia versabatur, vt mire omnibus charus esset.
 Post tempus foelici obitu Pontianus decessit e vi-
 uo Anterus successit; qui vno tantum mense
 Pontius Dei praefuit. Ei subrogatus Fabianus bea-
 tus Pontium haud secus atque filium suum dilexit,
 verò iam perfectus, omnes facultates suas, per
 S. Fabiani, in pauperes erogauit.

Erant autem etiam familiariter notus & amicus
 Philippis Imperatoribus patri & filio. In
 anno Urbis conditae millesimo, vt deos sibi pro-
 redderent & grati animi significationem o-
 cederent, quod eos in annum Romanæ urbis mil-
 lesum perduxissent, sacrificia offerre voluerunt.
 Anterus autem, cum eum ad societate, vt amicu in-
 ueniret, multis modis subterfugere nitabatur. Sed
 nullus subterfugiedi locus aut occasio daretur,
 sed ad imperatores couersus dixit: o pijsissimi
 imperatores, cum augustu vobis a Deo imperiu in
 honore collatu sit, cur no eum potius honoratis a
 collato estis beneficio aucti. Respondit Philippus:
 verò ea causa magno deo Ioui sacrificare cu-
 ram ab illo hec mihi collata sit potestas. At Põti-
 uis respondens: Ne erres, inquit Imperator. Est Deus
 propitiens in caelo, qui omnia condidit verbo suo, &
 gratias sui gratia animauit. Quid plura? Imperato-
 ribus & alijs eius sermonib' permoti, credideru,
 S. Fabiano Papa sacris aquis lustrati sunt. Por-
 to Fabian' & Põtius magni fani idola omnia cofre-

Pater eius
 couertitus.

Sic sentit O
 nuphrius, li-
 cet aliter Pla-
 tina habeat
 de Antero.

Vide Baron.
 Annal. rom.
 2. anno Chri-
 sti 246. de du-
 ob' Impera-
 toribus Phi-
 lippis ad fi-
 dem per Põ-
 tium couer-
 sis.

Conuertite
 duos impe-
 ratores.

Q9 4 gerunt,

gerunt, & ipso templo funditus subuerso, omnes
tem populi multitudinem ad fidem traxerunt.

Postea autem Valeriano & Gallieno imperantibus, & dira in Christianos persecutione seuerius, beatus Pontius ab Italia egressus, ad Comagenam urbem se contulit. At Claudius praeses pro tribuna sedens iussit eum coram se adduci, dixitque ei: Nonne es ille Pontius, qui Romanam urbem ne scilicet excitata seditione turbasti, atque etiam principum animos abalienasti? Respondit S. Pontius: Ego vero neque turbavi quenquam, neque inuerti: sed à malorum demonum cultu & errore Deum verum conuerti. Cumque non posset ad cruciandum induci, Praeses omnium tormentorum instrumentis productis, primo eum in eculeo ta seueritate distendi iussit: vt per omnia membra poenae diffunderentur. Videbimus, inquit, non Deus eius sit etiam ex manibus meis erepturus. beatus Pontius ait: Tametsi tu putas imbecillum esse Deum meum, mihi tamē planē persuasum habeo, poenas tuas in eius nomine mihi nullum possis dolorem irrogaturas. Cum ergo in eculeo dederetur, & ministri cochleam impositis ventris promouerent, cum magno fragore ruptus est: deus, adeoque in puluerem redactus, vt multi opinantur appareret: quiq̃ praesentes aderant, repente fulgore exanimis reddebantur.

Tunc verò Pontius hilari ad Praesidem vultu nunc tandem, inquit, incredule discite, Deum meum pios posse de tetracione eripere: vos autem impios & impios in die iudicij aeternis ignibus cruciatum destinare. Iussit autem Praeses apparari amphitheatrum & beatum Pontium in arena deponi. Vnde ex consilio Anabij assessoris eius, duo venarum

Pontius si-
statur Prae-
sidi.

Seuerè tor-
quetur.

Diuinitus è
tormentis e-
ripitur.

ireis vrfos in eum incitarunt: sed illi è caueis egressi, ipsos venatores miserè discerpsērunt, ità vt humana forma poenitùs destituti viderētur. Porrò Pontio blandientes nullam prorsùs molestiam prouulerunt. Id conspicatus populus sublatis in clamoribus dicebat: Vnus est Deus Christia-
 num, quem Pontius colit. Ijs vocibus efferatus Præses, præcepit Christi martyrem, iniectis in eius manus & pedes catenis, in media arena statui, magnamque lignorum struem & omne genus fomitis importari & incendi. Sed ecce flamma lambens materiam omnem atque fomitem, nihil eius relinquit non combustum & absumptum: at sancti martiris hæc fimbriam quidem vestimenti lædit. Pudentius ea re Præses, hortatur martyrem vt Apollini sacrificet. Ille verò respondit: Ego corpus meum sacrifico Deo meo, qui me ab idolis vestris hæc incontinentiam conseruat. Vobis autem & principibus vestris breui aderia cælestis vindicta, qui iniuste seruos Christi persequimini.

Vrfi blandiuntur S. Pontio.

Cernens Præses eius constantiam, iussit eum in struem deorsum projeci. Non multò post completus est sermo martyris propheticus. Valerianus enim Imperator à Sapore Persarù rege captus, ludibrio habitus cunctis diebus vitæ suæ: ità vt quotiesque rex Sapor equum cõscendere vellet, in eius sinu aru dorfum & ceruicem posito pede, pro scabulo eo vteretur: Gallienus verò apud Mediolanum à militibus suis comprehensus & gladijs conuulsus est. Porrò Claudius Præses & Anabius affecerunt eius, eadē hora, qua capite plexus est S. Pontius, arrepti à demonibus præfocati sunt. Claudius linguam suam morfibus particulatim discerpsit; Anabij oculi

Decollatur S. Pontius.

Cælestis vindicta in tyrannos.

Quia oculi

618^o VITA S. BONIF. ARCHIEP. MOGUNT.
oculi è suis sedibus præ nimio dolore extruſi, pel-
libus tenuiſſimis per ora pendebant: denique mo-
mento temporis ambo animas expirarunt.

VITA S. BONIFACII ARCHIEP.

ſcopi Moguntini, Germanorum Apoſtoli & marty-
ris, poſt Villibaldum primum Eiſtetenſem Epſco-
pum. ex ea qua eſt apud Surium fide integra. Quo
tempore floruerit ex actis conſtat.

14 Maii.
quo die eſt
Vſuardus ha-
bet. Ado aut
Nonis Iunij.

Anglia ſan-
ctorũ viro-
rum ferax.

Pater eſt re-
trahit à vita
monaſtica.

Cum gens Anglorum ſub fidei iugum, beatiſ-
ſimi Pontificis Gregorij ſtudio, miſſa fuiſſet,
& eius ſuffragatibus meritis, præ multis na-
tionibus ſanctorum virorũ ferax, & fertilis impro-
mis eſſe cœpiſſet, quorum doctrinis tanquam lu-
minibus quibuſdam hominũ pectora obſcurata il-
luſtrarentur; inter illos etiam ſanctũ Bonifacium,
cũ Luciferum quẽdam, cæteris ſyderibus illuſtri-
orem edidit. Is verò magna parentum cura educa-
tus, magnarum quoque virtutum, pro ætatis inco-
mento, factus eſt ſtudioſus. Et quidem cùm adhuc
puellus eſſet, ſi quem fortaliſis ſue Clericũ ſue ſci-
cum audiſſet diuini verbi notiã adferentem, nun-
quam eam permitteret ætas, ſecũ expẽdere ſolebat.
quidam indẽ ad ſuos uſus & profectus accõn-
dare poſſet. Cumq; eiufmodi meditatione diuina
na ad ſuperna & cæleſtia appetenda ſe erigeret, pa-
tri aperuit mentem ſuam, orans vti nẽ de eſſet pro-
poſito ſuo. Vt verò audiuit iſthac pater, primo quẽ-
dem obſtupuit: deindẽ eum obiurgãs nunc nunc
nunc blãdimentis, ad mũdi huius curas conatũ
pertrahere: & vt animum tenerũ faciliũs à ſerue-
tia deduceret, promiſit ſe eum, poſt obitũ, omniũ
facultatũ & prædiorum ſuorũ hæredem ſcripſerunt.
At puer ſanctus iam virtute diuina plenus, quẽ-
ſus eſt. Ear

99 eum pater enixius reuocabat ad ea, quæ sunt mû-
 ti huius, tâto proposito suo tenacius inhaesit, & ad
 sacrarum studia literarû ardentius aspirauit. Itaq;
 miro diuinæ moderationis iudicio factû est, vt pa-
 ter, qui solus resistebat, repentino correptus mor-
 bo, a sua sententia discederet, puerumq; per ido-
 nos homines ad monasterium, quod prisco voca-
 bulo Adescanaster dicitur, mitteret, commendans
 abbat. A quo sanè, pro monasticæ vitæ instituto,
 benignè susceptus fratribusq; cõmendatus, vniuer-
 sâ religionis exercitia, quæ illa ætas admitteret &
 probe inchoauit & in dies meliùs profecutus est.
 Vbi autè è pueritia excessit, vsque ad eò in venerabi-
 lum Patrû instituta & sacrâ lectionem incubuit,
 ut momenti omnibus, sua in illo virtutes capeffe-
 rent incrementa. Cùm verò in illo monasterio pro-
 pter doctorû hominum penuriã, inexhausto suo
 literas Scripturas cognoscendi desiderio non posset
 satiare satis, permisso Abbatis ad monasteriû q; ho-
 m. Nutscelle dicitur, se contulit, & beatæ memo-
 riæ V Winberti Abbatis, qui tunc illi præerat, magiste-
 ro se subdidit. Ibi verò optata eruditione potitus,
 ab eo cepit haberi celebris, vt fama doctrinæ eius
 tralim diffusa, alios etiã alliceret, vt se in eius tra-
 ditione disciplinâ. Cùm igitur insigni iam præditus
 sapientia, alios nihilominus humilitate & subiecti-
 uis antecederet; & illû alij partim sapientiæ eius
 incitati, partim saluberrima eius doctrinâ
 tributi, honore ceu patrem afficeret, cunctiq; eum
 de & prædicatione efferrêt, & singulis Ecclesia-
 sticis ordinis gradibus dignû affirmarent; tandè eta-
 tis suæ anno plus minùs trigesimo sacerdotio initi-
 tus est. Eam verò adeptus dignitatè, qualè se exhi-
 buerit

S. Bonifacii
 us religioni
 se dat.

Discedi cau-
 sa aliud pe-
 tit monaste-
 rium.
 forte * Ne-
 uacella

Fit Sacer-
 dos.

buerit ex operum eius testimonijs certius ac melius quam vllis verborum indicijs colligi poterit.

Synodus
Angliæ.

Per id tempus regnante in Occidentali Angliæ regione Saxonum rege nouus exiit tumultus, quibus compescendi causa regis iussu & procerum eius consilio Synodus indicta est: ad quam cunctis confluentibus & cōtrouersiam nup̄ ortam dirimendis definita essent, ad Brichtivaldi Cantuariensis Archiepiscopi notitiam perferrentur. Tum vero inter omnes Bonifacius tantæ rei expediendæ idoneus inuentus est.

Legatione
fungitur.

Itaque Bonifacius ea legatione sibi demandata, præclare eo munere apud Archiepiscopum functus est: & regem & omnes Dei filios uos magno gaudio affecit. Ea autem re nomen eius tam apud eos qui in Clero numerantur, quam homines laicos, adeo celebre euasit, ut deinceps populus ipsissimè rogatus sit, ut se in ipsorum Synodo presentem exhiberet. Sed quia ab humano fastu abhorrebat plurimum, cœpit tractare serid, quædam dùm relictis pareribus & cognatis omnibus, ad loca remotiora Christi causa emigrare posset. Quæ in cogitatione cum diu & quidem accurate uenturatur, eam tandem suprâdicto Abbati aperuit: qui vehementer eum talia moliri admiratus, primò eius uoluntati præcisè reluctatus est: ad extremum tamen, Bonifacio constanter in proposito & proposito perseverante, assensus est: prorsus ut cuncta prouidentia id agente, & sumptus ei ad iter necessarios & duos fratres cum primis fideles quatuor & corporalibus & spiritalibus adminiculis suppeditauerit. Ità ergo utriusque hominis solatijs instructus, prospero cursu iter ingressus est, peruenitque ad locum, qui antiquitus Angliæ

tionum vocabulo dicitur *Lundenwic*: nec multo post abiit in Dorset, ubi aliquamdiu moratus, die nocte debitas Deo persoluit laudes.

Ea tempestate inter Carolum Francorum Principem & Ducem egregium, Frisonumque Regem Rathbodum, hostilis orta dissensio populos utriusque perturbabat, & maxima ecclesiarum pars, quae in Frisia ditioni Francorum subdita fuerant, Rathbodo persequente & Christi seruos profligante, vastata & destructa est: demonumque cultus prophanis structis sanis miserandum in modum instauratus. Cuius rei indignitate permotus vir Dei ab illis locis recessit, peruenitque Traiectum, ubi Rathbodu Regem pijs monitis & precibus a tanta impietate evocare conatus est. Deinde peragratis eius terris cum frustra se illic verbi Dei sementem facere cognosceret, vacuis spiritali fertilitate aruis relictis ad natale solum se recepit. Interea monasterij pater vitae munere perfunctus fuerat, cuius obitu valde afflicti fratres sancti viri spiritalibus colloquijs recreari sunt, hortantis eos ut in monasticæ disciplinae observantia permanerent, & aliqui sibi auctoritatem eligerent. Illi vero unanimiter eum preceperunt, ut pastoris apud ipsos vice fungere recusat. At ille altiora animo volutans, non quidem suorum preces vilo superbia fastu contempsit: sed se patriæ honoribus & facultatibus despectis, in Christi amore & aliorum salute peregrinatione meditari. Quod ut illi audierunt summa benevolentia eius proposito assensere. Ut autem mancederet auctoritas loci eius antistitem Daniæm adijt, ut eius benedictione & literis Romam transitus frui mereretur.

Ea igitur benedictione fretus mox valedicens fratri-

In Frisia Christi ecclesie destruantur.

Abbatis functionem recusat.

Venit Romā
cum socijs.

Gregori^o II
comittit illi
Euāgelij mu-
nus per Ger-
maniam.

Venit ad
Thuringos.

Item in Fri-
siam.

Manet apud
Villibror-
gum.

fratribus itineri se dedit, collectisq; non paucis eorūdem spiritu feruentibus, terrarum & maris longa spatia & ignotas vias emensus est: ac tandem Romam delatus, Apostolicę Sedis Pręsulem Gregorium II allocutus est, eiq; tum causam aduentus sui, tum desiderium, quo diu flagraret, exposuit. Max-

Pontifex hilari vultu eum intuens, peramanter excepit, seduloq; deinceps cum illo sermones confabulans, per oēm Germaniam prædicandi ei munus mandauit. Igitur acceptis à venerabili Papa litteris profectus est indè ad Lōgobardorum regem Lau- prandum. A quo honorificè susceptus aliquam diem apud illū hospitio vsus est. Porro ab illo discedens ardua & prærupta Alpiū iuga transcendit, ignotosq; Baioariorum & Germanię fines perambulans in Thuringiam peruenit; accuratè explorans vbiq; instar apis prudētissimę, vbi postmodum necestrę sanctę fidei mellē colligere & comportare potest.

Cumq; dies aliquot in Thuringia hæreret, omnes interim illius prouincię principes, ad sacra fidem & religionem inuitauit: Sacerdotes quoque, quos varijs deditos flagitijs cõperit, sermonibus Euāgelicis ad institutionis Canonicę normę corripuit. Audita autem Rathodi Frisonū regis morte, qui per id tempus magnam in Christianos persecucionem exercuerat, multo affectus gaudio, in Frisiam nauigauit, ibiq; verbi diuini semina spargens, per multos ab errore idololatrię retraxit.

Eodem tẽpore venerabilis Villibordus, Teiectensis ecclesię Pręsul, buccinam cęlestis doctrinę in Frisia inflauit, cuius studijs S. Bonifacius mirifice gratulās & adhęrens, triennio apud illum laboram nauauit operam. Erat autem Villibordus obiecta prorsus ætate, suggerentibusq; discipulis suis

Del ser
dum Ep
se funct
gelizan
millum
pore se
ere, pos
negociū
us esse,
libordu
At ille
ngentem
& plurim
hæret, tu
num extr
um regio
rō mul
it, ac pro
ici nūcia
dianam p
rebat, eun
agno cur
tis quęst
tus Pōtifi
tamū ob
stipatus
ta Pōtifi
trōq; serm
ū Episco
ntaris au
ries grati
de Aposto
tum Tum
isq; nē ill

Del ferum, senectutis suæ solatium, ad suscipien-
 dum Episcopi munus obnixè rogauit. At ille tanta
 se functione indignum reputans respòdit, se euan-
 gelizandi causa à B. Gregorio Papa in Germaniam
 missum esse, & in eas nationes Barbaras delatum,
 sponte se sua ditioni eius subiecisse. Itaque non li-
 cere, post habito Pontificis mandato, aliud quouis
 negotiū suscipere, sed in illas regiões, ad quas mis-
 sus esset, sine mora properandū. His auditis V Vil-
 lbrordus illi benè precatus, abeūdi potestaté fecit.
 At ille proficiscens, venit Amanaburgum; cumq;
 gentem populum in Frisia Christo lucrifaceret,
 plurimos ardentioribus charitatis radijs illu-
 traret, tum collectis nò paucis fratribus, monaste-
 rium extruxit: atque indè in Hassiam siue Cattho-
 nicam regionem, prædicandi causa profectus est. Ibi
 non multa hominū millia salutaribus vndis tin-
 git, ac prosperos Euangelij successus Romano Pon-
 tifici nūciauit: simulq; de rebus varijs, quæ ad quo-
 tidianam populi recens cōuersi necessitatem perti-
 nent, eundem Pontificem consuluit. Literæ fuère
 magno cum gaudio acceptæ & respòsum ad propo-
 sitas quæstiones conuenienter datū: & ipse vir san-
 ctus Pontificis literis Romā euocatus. Mox igitur ad
 omnium obedientiæ gradū contendens, fratrum agmi-
 nis præfatus, Italiā petijt, & humiliter se suaq; om-
 nia Pontifici subiecit. Pōtifex aut post multos vltro
 sermões habitos, aperuit ei, q; decreuerit
 illi Episcopū ordinare, vt ampliori Apostolicæ di-
 gnitatis auctoritate suffultus, tato apud oēs eius cō-
 grates gratiores essent, quāto certius cōstaret, à Præ-
 sente Apostolico ipsum, vt cōcionetur, esse destina-
 tum. Tum vir Dei omnia sagaciter perpendēs, me-
 morisq; illud Propheticū in ipsum cōpeteret, No-
 luit

Recusat epis-
scopatum.

Extruit mo-
nasterium.

Roma Pon-
tificem in-
uifit.

Psal. 108.

Consecratur
à Pontifice
Episcopus.Bonifacius
antè V Vin-
fridus dict.

luit benedictionem & elongabitur ab eo: tamq[ue] be-
nedictionis gratiam minimè recusauit. Vt autem
adfuit dies ordinationis eius, qui fuit pridie Ka-
lendas Decembris, id est, in sancti Andreæ Aposto-
li ferijs, Pontifex eum & consecrauit episcopum
& Bonifaciū deinceps dici voluit, cum antea Vin-
fridus diceretur: & vt obedientiam sibi suis suc-
cessoribus exhibendam, omnemq[ue] sacræ fidei tra-
ditionem obseruandam arctius eum astringeret,
iuramentum ab eo exegit & accepit.

Eo autem iuramēto præstito Pontifex vicissim
eum quibuscunq[ue] potuit modis prouehere & vo-
nerari studuit: datisque ad reges & viros principes
atque antistites literis, eum omnibus & singulis
endū commendauit. Quarum literarum aucto-
ritate fretus in Germaniam ad Carolū Martellum
profectus, exhibitisq[ue] Romani Pontificis literis,
se eius ditioni & patrocinio commisit, illoque re-
nuente ad Catthorum, quos Heflos vocant, quibus
iam antè prædicare cœperat, regionem abiit. Illi

Errores Hef-
forum.

autem præter spem atque opinionem, Christianam
religionem abiecta, in varios incidisse errores reco-
git. Alij enim lignis & fontibus sacrificabant: alij
præstigias & incantationes sectabantur: plerumq[ue]
alijs nefandis sacrilegijs erant addicti: pauci vero
in via veritatis quam semel didicerant, persistebant.
Quorum quidam consilio arborem quandam magnæ
vastitatis, quam prisca voce Iouis arborem muta-
pabant, in loco qui Geismere dicitur, seruis sibi
ipsis assistentibus, excindere tentauit. Accursum
tamen magna ethnicorum multitudo, illum tamquam
hostem iuum necare volentiū. Sed cum arbor pa-
lūm cederetur, mox quasi diuinitus agitata, in qua-
tuor partes dirupta est. Quod cernentes ethnici illi

Arborē in-
gentem di-
uinitas sub-
uertit.

Domini
nem Pra
uorum
truxit.
is ita g
gens p
antatē
mi, Dor
medus
ores fū
ad adle
regie co
ere. Mar
onnis ei
accessio
onstrueb
orem S
primas
arabant
ius, quz
compara
gelo por
re explic
Euange
Draham
diffusa
uit: atq[ue]
pprens, e
celesti
na illic
iussit. F
ceretur.
m illia
mihi in

Dominum laudantes, fidem coplexi sunt. Sanctus
Præful ex illa ingenti, vastæ arboris mole
in beatissimi Petri Apostoli honorem
struxit.

Hæc ita gestis, in Thuringiam profectus est, vte
gentis principes hæretica prauitate corruptos
adducere adduceret. Quidam enim pseudochri-
sti, Dorthuunus, Bertherus, Eanberbertus &
medus apud eos hospitio recepti hæreseos illis
cores fuere. Cumque illi ipsi impuri scortato-
adulteri viro Dei certamè excitassent, ab il-
legie confutati, dignam suæ vesaniæ mercedè
ere, Manabat interim longè lateque fama præ-
tionis eius, & credentium numero magna fie-
cessiones, templa instaurabantur, monaste-
onstruebantur: in quibus id quod in Ordorff
morem S. Michaelis Archangeli conditum est
primas tenet. Omnes enim qui se Deo ibidè
rabant Apostolico more viuentes, iustis la-
us, quæ ad victum vestitûque necessaria sunt,
comparabant. Qua autem de causa illud Ar-
gelo potissimùm dedicatum fuerit, non erit
explicare. Cùm vir Dei in Thuringia prædi-
Euangelio incumberet, & nocte quadam a-
Orabam flumè fixis tentorijs permaneret, lux
diffusa totum illum locum mirabiliter il-
uit: atque in ipsa luce S. Michael Archange-
parens, cum in Domino confortauit. Mane
celesti delibutus consolatione Missarum
illic celebrauit: ac deindè prandium sibi
iussit. Dicente autem ministro deesse cibû,
rederetur, ille respondit: Itanè qui tot ho-
milia in deserto annis quadraginta pavit
mibi indigno seruulo suo non potest vnus
diei

Hæresis au-
ctores in
Thuringia

S. Michael
ei apparet.

Rr diei

Nota rem
miram.

diei alimoniam suppeditare? His dictis iuberi
poni mensam. Interea auis quædam piscem ore
rens aduolauit, eumque ante mensam deposuit. Tum
verò sanctus Præsul gratias Deo agens, piscem illi
oculus per ministros præparatum sumpsit, & res-
quias in flumen proieci iussit. Indè cœptū carpen-
iter, Thuringiamque peragrans, loci illius, ubi ca-
visio ipsi fuit oblata, dominū inquisiuit: comper-
toque cum Hugonis senioris esse, eum sibi donari
petijt: quem Hugo Primus apud Thuringos, dep-
ditatem suam, venerando Præsuli tradidit: post
eum Alboltus, pluresque alij prædia loco illius
na donarunt: quibus adeptis sanctus Bonifacius
templum extruxit.

Gregorius
Tertius suc-
cedit Gre-
gorio Sex-
cundo.

S. Bonifaci-
us duas ec-
clesias con-
struxit.

Postquam verò multa hominum millia tem-
se, quàm per suos cõterraneos, quos ad societatem
tam præclari facinoris euocauerat, ad Christi-
gionem traduxisset, defuncto Gregorio Secundo
dis Apostolica Pontifice, tertioque Gregorio
dem Sedem obtinente, Romam legatos misit,
cum nouo Pontifice prioris amicitie fœderata
uarent & pristinam beneuolentiã atque huma-
tem eius erga ipsum expeterent. Pontifex, cum
legatis, omnia amicitie & beneuolentie officia
licitus est: maioraque quam experita fuerant pre-
tit. Quibus mirificè gauisus Bonifacius Deo
desgratesque; agens mox duas ecclesias cõstruxit:
teram quidẽ in Fritislar quã Apostolorum Petrus
Petro dedicauit: alterã verò Amanaburgi in
monasteria duabus adiuxit ecclesijs, nõ min-
lic adunata Deo seruentium congregatione
hactenus laudis & cultus diuini officia per-
His itã confectis S. Bonifacius Baiazionem

quibus per id tempus dominabatur Hughe-
 rici Dux, inuisit, prædicationisque munus apud
 eos studiosissime exercens, Ermvolfum hereticum
 illiorem, magno diuinæ æmulationis seruire in-
 stitit, ex Canonû præscripto damnauit, & ab Ec-
 clesiâ eiecit: ac deinde ad suæ diocesis homines re-
 uertens, omnia circuibat, instaurâs ea, quæ ecclesia-
 rum cura poscere videbatur. Eodem tempore multa
 locorû, Baioariorum & Britannorû stipatus ca-
 pitula Româ pfectus est, ut noui Põtificis cõspectu
 honororû reliquijs honorificè donatus est. Ea tẽ-
 pore eũ Carolus Dux inclytus, vitæ suæ cursum
 persequens, & filij eius Carolomãnus & Pipinus ei in
 regno successissent, cũ ad nutũ Carolomãni, qui
 maior natus, omnia paterni regni iura dispo-
 nit, S. Bonifacius eũ accessit, magisq; omnibus
 rebus Christianæ religionis cultũ, quæ pater eius
 propius inchoauerat & exercuerat, ip-
 se pro omni sibi subiectorum salute, eadẽ bene-
 dictio plequeretur. Quibus ille verbis haud ali-
 ter, diuino oraculo permotus, oēs suæ ditionis
 homines tũ clericos tũ laicos, q; à Christiana reli-
 gione deflexerant, ad viã iustitiæ reuocare studuit:
 quibusq; monasteria multis beneficijs auxit: nihilq;
 curauit, ut instituta religiõis pietas, per Bonifaciũ
 perfectione duceretur. Cũ itaq; Carolomãno
 rege & pfectore, multi nõ solũ clerici quilibet,
 sed & prauitate infecti, sed etiã episcopi capita-
 rum maculis infames, extra Ecclesiæ comu-
 nicatione pellerentur: tũ etiã Gerulio Moguntinẽ Se-
 nilem, suæ dignitatis munere defunctus est: q
 propter acciderit opere precium est cõmemorare.

Ermvolfus hereticus.

Iterum Romam proficiscitur.

Adit Carolomannum.

Gerulio Moguntinus Episcopus.

R. E. a. Ea

Ea tempestate Saxonibus Thuringiam vallanti-
 bus, eius prouinciæ homines Carolomanni opem
 implorabant. Ille mox coacto exercitu (cui Gerol-
 dum Moguntinum Episcopum, Geruilionem patrem
 præfecit) firma periclitantibus subsidia misit. Ve-
 rò pugna commissa est, in ipso confictu, Gerol-
 dus cum alijs quibusdam primæ nobilitatis viris
 occubuit. Geruilio verò filius eius, qui tum adhuc
 laicus in aula degebat, in clerum asciscitur. Jene-
 dique doloris causa, quem ex patris morte conse-
 perat, eidem in Moguntino potificatu subrogatur.
 Non diu post Carolomannus militem contra Saxo-
 nes ducturus, Geruilionem secum fumpsit. Exer-
 tu autè utroque, vltra citraque ripam fluminis Ho-
 sargis consistente, Geruilio quendam ex suis ad ho-
 stium castra transmisiit, ut interfectorem patris
 inquireret: eumque benignè ad colloquium in-
 uitarer. Abi se factus, inuetoque patri facinoræ
 auctore Dominum suum certiore facit, eum quo-
 cum sermonem miscere cupiat, adesse. Tum Ger-
 uilio, aduentu eius denunciato, ad necem patris
 vltimam obuiam processit, hominemque de-
 mulata humanitatis specie excipiens, post multa
 admodum verba, vltro citroque; habita, educto
 pugione, quem ad illum vsum abdiderat, conuul-
 sit. Qui mox ex equo corruens, in ipso flumine
 rauit. Repentè autem comperta cæde sublatum
 more, & utrinque ad arma concursum & atrocitate
 prælium commissum est: in quo Carolomannus
 victis Saxonibus, præclaram victoriam obtinuit.
 Porrò Geruilio, quanquam eo facto nullam
 modò homicidij crimen, sed laudè potius susce-
 perisset, tamen quia humano se sanguine creta-
 uerat, functionibus sacris renūciare debuit. *Quo-
 quidem*

Geruilio in
 terfectore
 patris sui
 occidit.

quidem fecit minime inuitus, sed libens episcopa-
le munere abdicauit: cui protinus à Caroloman-
& Pipino S. Bonifacius substitutus est: atque vt
dignitas foret eminentior, Moguntinam eccle-
siam, quæ tum alteri subiecta erat, in totius Ger-
maniz metropolim, summa Romani Põtificis vo-
luntate, prouexerunt.

Ea verò fretus auctoritate S. Bonifacius coepit
egregia cura pestifera Sathanæ zizania extirpare, di-
uinaque in cordibus hominum sementa iacere: &
discipulis suis solertissimos pastores præficere. Nam
inter multos iam antè ab ipso institutos antisti-
tes, in quibus fuere VVilliboldus Eistetes & Bur-
hardus Herbipolensis, etiam Gregorium Traie-
ctensi vrbis ordinauit episcopum & Lullum, sibi ad-
euenti, in Sede Moguntina substituit. Deniq;
sua cura, beneuolentia, humanitate suos, quos
Christo genuit, filios profecutus fuerit, nulla vis
rationis explicare potest. Hinc nõ immeritò Ger-
manorum omnium pater dici meruit, quos tantis
laboribus Christo genuit, exemplo confirmauit, ac
interim fortiter viriliterque, pro eorum salute
quædam, sanguinem fudit. Nec miram sanè quòd
sua suos charitate complecteretur, qui Deum in-
suo adeò amore colebat, vt in illius recordatio-
ne quasi amplexu assiduo conquiesceret.

Præclare hoc ad commissi sibi gregis salutem &
modum, atque ad splendorem dignitatemque
Germanie Ecclesie excogitauit, vt prouinciã in tres
archias partiretur: tresq; præcipuas in Germa-
nia episcopales cõstitueret. Vnam in VVirtz-
burg, alterã in Buriburg, tertiam verò, in loco qui
episcopatus dicitur, ordinauit: quas deindè Zacha-
ria Papa sua auctoritate cõfirmavit, anno Imperij

R r 3 Constan-

S. Bonifaci-
us fit Archi-
episcopus
Mogunti-
nus.

Episcopi
Bonifacio
ordinati.

S. Bonifaci-
us Germa-
norum A-
postolus.

Episcopi
tres à
S. Bonifa-
cio insti-
tuti.

em Fulde-
se monaste-
rium.

Sturmis pri-
mus Abbas
Fuldensis.

Caroloman-
nus fit mo-
nachus.

Constantini 24. Monasterium quoque, in valla So-
litudine construxit quod à Fulda fluuio Fuldenle
appellatum est: atque in eo viros seuerioris disci-
plinæ amantes, sub Benedicti regula militantes,
constituit: cui Sturmis Abbas primò præfatus est,
qui ex eiuſdem S. Bonifacij consilio, tot tantisque
locum illum virtutibus adornauit, vt cum alijs per-
multi, splendore earum mirifice illustraretur, tum
ipse etiam Carolomannus, relicto omnibus mun-
di huius opibus & honoribus (rarum profectò vir-
tutis exemplum) ad Casinum montem, vbi tunc
arctissima monasticæ vitæ disciplina vigebat, pro-
fectus sit: ibidemq; in sanctissimam monachorum
societatem sese receperit.

Per idem tempus, clericus quidã inculpatus,
Adalgerus nomine, S. Bonifacio adheſit, ei queſito-
lem in omnibus operam præstitit. Non diu post
idem morbo graui correptus, cum se in extremum
posicum tentaret, prædia omnia, que ex parentale
reditate, ad ipsum deuoluta erant, S. Martino con-
didit. Eo verò defuncto, fratres eius Asperto &
Trutmundus omnia, que testamento legauerat, con-
vendicauerunt: & iuramento affirmarunt eam
mam fratris voluntatem fuisse, vt exclusis
omnibus, soli ipsi, ex asse hæredes essent. Eius iurame-
to Episcopus cum interesset, dixit Asperto: *Ne
vrsus te occidat, & cõuersus ad Trutmundum
quam, inquit, ex te proles nascantur. Illi, cum
Asperto iuramento parta hæreditate exultarent, propo-
suerunt sanctissimi Antistitis spiritum ab eorum
vifecerunt: sed mox diuina eos vindicta suble-
te, didicerunt, magno suo malo, quam seuerus
tor eiusmodi scelerum Deus esset. Nam paulo
Asperto ad mensam sedenti, cum nunciatur*

solite magnitudinis vrsu in agris discurrere, & ascenso equo, non expectatis socijs, cum venulo cepit vrsu persequi. Sed ex equo delapsus, membris omnibus contractis periit, ita vt serui ad illum properantes iam extinctu inuenirent. Id vbi frumundus audiuit, cernens sanctissimi viri vaticinium in fratre completu, valde pertimuit; mox per nefas ablata pradia, ad altare sancti Martini restituit.

Interea vir Dei, cum sparsa inter Germaniæ & Galliarum fines, diuini verbi semina, vberem satis fructum producere cerneret, statuit ad Frisones redire, vt quos, fallente diabolo, ad Ethnicismi errores lapsos didicerat, ad viam veritatis reduceret: vel vitam, quæ a termino suo non longè aberat, pro Christi causa, cum cruciatu & supplicijs, ibidem finiret. Antè verò quàm se tam periculoso itinere committeret, proprijs ouibus Lullum, fidiissimum prædicationum & laborum suorum comitem, præfecit: lætusque, cum delectis ad illud iter incipit, ad Frisonum regionem peruenit. Ibi tum, quasi afflatus spiritu, circumquaque progressus, multa virorum ac mulierum millia, Christo paratus est, multas ecclesias extruxit: & collapsaque pietatis fundamenta ita crexit, vt profligatae impietate, mirabilis virtutum splendor, regè lateque manaret. Inter alios autem laborum suorum socios, Eobanum in primis fidelem habuit, quem etiam, vt labantibus senectutis viribus succurreret, Traiecti Episcopum instituit: reliquos vero Vintrugium, VValterum & Adalheru præbiteros, & totidem diaconos Stirebaldum, Hartmum & Bosonem, præclaros martyri sui comites habuit.

Vltio diuina in periculis.

Redit in Frisiam s Bonifacius.

Multos eos uocauit.

Eobanum Traiecti Episcopum ordinat.

Rr 4 Cüm

**Bortna Gu-
uius.**

Cum enim per latas Frisonum terras discurrerent, & ad Bortnam fluuium peruenissent, S. Bonifacius solis comitibus stipatus, iussit ibi tentoria figi; vt ibidem, lustralibus nuper aquis expiatis, vnctionis gratia ad spiritalem pugnam confirmaret. Iamque instabat dies eidem confirmationi destinatus; cum ecce ingens neophytorum turba, ex filijs in lictores mutati, ad spiritalia castra, cum horrendo armorum strepitu, aduolarunt. Id cerentem famuli, sumptis armis, contra illam furentis populi multitudinem sanctos tueri nitentur. At Bonifacius, audito tumultuantis turbæ impetu, primo quidem, ad spiritalis præsidij asylum confugeret, & Sanctorum reliquijs, quas secum conferre solitus erat, è tentorio processit; famulosque ad resistendum paratos, mira orationis lenitate compescuit, dicens: Fratres charissimi si qua vobis cura diuini amoris, si qua apud vos meorum adnotationum residet memoria, hac hora iam desinit. Iam diu optatus adest dies, iam tempus illud uenit, quo de laboriosa seculi huius ærumma, æternæ beatitudinis gaudia inuitamur. Cur rep tantam gratiam, tantam gloriam à nobis expectatis? Nolite, obsecro, diuturna inuictarum militum prælia, in hoc temporis puncto amittere. Nolite improbis gentiliū blandimentis commoueri: sed hoc præsentissimum mortis discrimen, quod vobis impedit, pro illius amore, qui nostra causa perisus est, cōstanter & viriliter perferre, vt cum illis æternum gaudere possitis.

**S. Bonifacij
oratio ad fo-
cios, instan-
te martyrio**

**Trucidatur
cum socijs
vir sanctus.**

Necdum sanctus Antistes, huius salutiferæ hortationis verba absoluerat, cum ecce furor Paganorum turba, cum gladijs & omnis generis infesta armatura, in eos irruit, cruentisque

bus, barbara quadam feritate trucidat. Indè ad ten-
toria eorum properantes, in libros & sacrarum ca-
pulas reliquiarum inuolant, arbitantes se ma-
gnos, in eis, argenti & auri thesauros reperturos.
Mox ad naues digressi, parum quod ibi vini repererunt,
hilari inter se comotatione absumpserunt,
postea tractarunt de diuidendo inter ipsos thesau-
ros; quem se inuenisse falso existimabant. Cumque
longa disceptatione, nihil inter se, pacificè conli-
tuere possent, repente inter eos immanis exitit di-
scordia, qua eo usq; processit, vt eodem furore, ea-
dem vesania, iisdemq; armis, quibus sanctos Marty-
res, suq; salutis ministros iugularant, mutuò se con-
ficerent. Ea caede peracta, qui ex ijs supererant, ite-
rum spe pecuniarum incitati, ad thecas illas pro-
perant; ijsq; contractis, pro auro & argento codi-
ces & diuinæ doctrinæ chartas inueniunt. Tum fa-
ure & amentia perciti codices illos per campi pla-
nitiem abiecerunt: frustratiq; sua spe carnifices, do-
lum tristes abierunt. Vbi autem vicini Christiani,
eius sanctorum necem perceperere, terras latronum
horum, armata manu, inuasertunt: & tanti scele-
ris conscientia pressos trucidarunt.

Non diu post Traiectensis ecclesie Clerici, cor-
pus viri sanctissimi Traiectum, multa cum venera-
tione, deportarunt & in monumentum, tanto Pon-
tifici dignum, intulerunt. Id postquam rescivit S.
Illus, conuocatis permultis, tam clericis quam
laicis, eis antistitis necem exposuit: hortatusq; est
omnes, vt sacrum eius corpus, à Traiectensibus re-
pererent. Illi sese promptissimos certatim obtule-
runt & partim nauibus, partim equis subuecti Tra-
iectum properarunt. At Traiectenses cognito illo-
rum aduentu, sese ad resistendum compararunt:

Rr 5 cumq;

Sepelitur
Traiecti.

cumque de sacro pignore, utrinque contentio oborta
 esset, campana ecclesie, nullo mouente, insouit.
 Quod audientes incolae, qui se ad pugnam para-
 rant, nutu diuino perterriti, sancti viri corpus per-
 tentibus reddendum censuerunt. Atque ita venen-
 biles legari, sacrum corpus honorifice & sine re-
 migantium labore, tricesimo ab obitu eius die, Na-
 guntiam attulerunt. Quo accepto pignore, Mo-
 guntinenses incredibili perfusi gaudio, exultarunt: ut-
 que ut eo in loco, ubi episcopum egerat, condere-
 tur, a Lullo postularunt. Et quidem vique
 omnium sententia preualebat, ut propemodum no-
 iam ipse Lullus consentire videretur. Sed cuius
 venerabili Diacono Otberto, Sancto Bonifacio
 per visum apparens, mandauit, ut corpus ad mon-
 asterium suum, in quo viues adhuc sepulchrum de-
 legerat, sine vlla hesitatione, transferretur. Nichil
 autem huic visum fidem derogantibus, Sanctus
 Lullus voluit Otbertum ad sanctorum reliquias
 rare, se non nisi vera loqui: Quod cum ille in-
 clanter fecisset, omnes mox in eam iuere se con-
 am, sacrumque corpus hymnis & canticis & psal-
 modia, ad monasterium, profecuti sunt. Ad eum
 autem tumultum, multa, congrua fide, peruenit
 vtriusque hominis contingunt beneficia. Vnde
 episcopatu annos triginta sex menses sex & dies
 tidem. Passus vero est cum socijs, anno peregrina-
 tionis sue quadragesimo: incarnationis autem do-
 minice septingentesimo quinquagesimo quinto
 gnante eodem Domino, cui laus est & gloria
 ni seculorum aeternitate. Amen.

Corpus S.
 Bonifacii
 deportatur
 Moguntiam.

S. Bonifacii
 us fuldam
 transfertur.

VITA
 que
 gesta
 gnom
 Latin
 P
 ad
 da
 eius fuisse
 in sacris
 agere vel
 poruit. I
 por iuue
 pa cum i
 to eiecit.
 illicite in
 erum filii
 am, retin
 indagare n
 pacis lite
 Cum ai
 sclesia di
 Imp
 fici peret,
 es, ex var
 ipse Pac
 ronibus
 nis naue,
 um, Theba
 enai penu
 pra preme
 ulericord
 aris: & no

VITA S. PATRIS PACHOMII, EX EA,
 quæ est apud Simeonem Metaphrasten. Huius res
 gestas Græcè conscriptas Dionysius Abbas Rom. co-
 gnomento Exiguus sanctitate & eruditione clarus
 Latine conuertit, ante annos plus mille ac centum.

Pachomius gentilibus ortus maioribus, cum
 admodum iuuenis à parentibus ad locū quen-
 dam, idolorum sacrificijs celebrem, perdu-
 ctus fuisset, & ipse Sacerdos, qui tunc fortè nefan-
 tis sacris intentus erat, nullo modo sacrificium per-
 gere vel consueta à dæmone oracula extorquere
 potuit. Id verò cum non alia de causa, quàm pro-
 pter iuuenis præsentiam accidere intelligeret, ma-
 gnam cum indignatione & furore, Pachomium è sa-
 cro eiecit. Qua re parentes, sanè, conturbati sunt &
 illicitè inquirere cœperunt, quidnam esset, quod
 eorum filius, nunquam, libamētū vinum à se hau-
 dum, retinere possit. Verum cum eius rei causam
 indagare nequirent, tristes conqueuere: & Aegy-
 ptiacis literis apprimè eum erudiri curarunt,
 Cum autem post varias persecutiones quibus
 Ecclesia diu grauiusque quassata fuerat, Constan-
 tinus Imperat. aduersus tyrannum expeditionem
 susciperet, ad eamq; insigni robore ac virtute iuue-
 nes, ex varijs prouincijs deligerentur, inter alios
 & ipse Pachomius, annos tum natus viginti sese-
 ptuaginta illis adiunxit: & conscensa cum reli-
 giosa nauè, prospero satis ventorum flatu in quod-
 dam Thebaidis oppidum appulit. Interea cum
 omni penu exhausto, extrema rerum omnium in-
 opia premerentur, Christiani quidam, pietatis &
 misericordie memores, benignè admodum eis se-
 curia: & non modò cibo potuq; sed recentib. etiam
 fructi-

14. Maij.

Vide rē mi-
 rā in Pach-
 omio puero.Pachomius
 dat se mili-
 tæ sub Con-
 stantino.

fructibus, alijsque recuperanda valitudini rebus idoneis recrearunt. Id tacitus secum admirans Pachomius, & sedulo virorum istorum benignitatem charitatemque contemplans, studiose inquirere coepit, quæ gens illa esset, quam religionem sectaretur, & quid demum, ad tantam humanitatem hominibus peregrinis præstandam, eos impelleret. Cumque eos homines Christianos esse, & nihil, nisi in Deum & homines charitate, antiquius habere intelligeret, repente flammam quandam divini amoris concepit: prorsus ut se continere nequeat, quin supplices ad Christum preces, cum lacrimis, funderet, ut eadem fide se illustraret, & hominibus tam sanctis, & tam pijs aggregaret.

Pachomius
adhuc genti
lis Christi
precatut.

Hæc postquam ardenti cum pietate precatus esset, insequente luce ventis vela fecit. Interea cum adhuc inter militares turbas, & mille peccandi licentias versaretur, precum suarum memor omnes carnis illecebras & noxias voluptates confusus repellabat, & corporis imprimis metusque, caeleste numen sibi propitium habere studens. Quamobrem, ut primum Constantius, prodigiosis hostibus, tyrones suis rude donavit, Pachomius in superiorum Thebaidem profectus, ad Christiana militiæ castra se contulit: & primum in loco, quem Chenobosciam appellabant, lustratus aquis expiatus, Christo nomen dedit. Nocte vero illa, qua caelestis epuli particeps factus fuit, sentiens quietem, rorem calitus in dexteram suam descendentem vidit: qui mox in mellis crassitudine ut concrevit, audiuit vocem sibi dicentem: Pachomi, intellige quæ hic in manu tua peraguntur mysteria, ea enim indicium sunt collare tibi Christo gratiæ quam etiam atque etiam, ut retineas.

S. Pachomius
baptizatur.
Visto eius.

Hac visione excitatus vir Dei, totusque Christi amore faucius, se plane vni Christo, sub monastica disciplina, consecrare decreuit. itaque summa determinatione, ad anachoretam quendam, Palamonem nomine, virum in palæstra spirituali egregiè exercitatum, contendit: eique sese, prompto ac hilariter, in disciplinam tradidit. Ibi pariter orationibus, die noctuque vacabāt, & indefesso manuum labore, sibi pauperibusque victum comparabant. Palamon autem, cū inter nocturnas preces, Patromium peruigilio fessum, somno grauari cernebat, cum protinus secum assumebat, & sportas areas plenas de loco in locum transferre iubebat: ne se leui torpore oppressus quicquam de intento orationis, laborumq; studio remitteret.

Quodam autem die, de more, ilis diuinarum reum meditationi incumbentibus, quidam foris adueniens, hospitium apud viros sanctos precabatur. Quo libenter concesso, luculentus ei protinus est lectus extructus: vt fessa membra refocillaret. Cumque pariter assidentes, de cælestibus rebus sermonem instituerent, externus ille superbiz spiritu intus, confidenter ait: Si quis vestrum synceram fidem adeptus est, is surgat, & nudis plantis prunas calcare non vereatur; vt nobis fidei suæ testimonium præbeat. Audiens hoc Palamon statim tantam verborum eius insolentiam increpauit, & temeritatis eum, quod rem tantam, nulla vrgente necessitate, proponeret, redarguit. Is autem maiori superbia, in carbones, nudis pedibus, profusus, & demonum operatione, illæsus, eos superataque viris sanctis, quod infirma vel nulla fidei veritas essent, impiè exprobrauit. Cumque callidus demon eum, hoc modo, in fraudem impulisset:

maiore

Abit ad Palamonem anachoretam.

Vide quid faciat contra torporem.

Vide demonis versutiā.

maiore dolo, in eum grassari constituit. Itaque, assumpta formosę mulieres specie, quodam die, ostium cellę eius pulsauit; finxitq; se, ære alieno gnauatam, à creditoribus inquiri: cuius rei periculum vt euitaret, infimis precibus cellę ipsius latebat petiuit. Is autem recenti superbię suę vitio admodum occęcatus, iudicare non potuit dęmonis illius elusionem esse: itaque ipsum dęmonem, in formę mulieris latentem excepit & sine vlla infidiarum suspitione, sermones cum eo miscuit. Cumque dęmonem iam nihil eorum quę in animo illius agebantur, lateret, cępit eum carnis illecebris titillare; qui mox cupiditate victus, totus in libidine miser exarsit. Cumque iam in amplexus, creta mente, ruere veller, dęmon eum verberare excepit, humęque prostratum pœnę exanimem reliquit. Nō multo post, ab eodem dęmone miserę agiturus, emota mente, per sylvas montesq; cucurrit: ac tandem in fornacem balnei semetipsum pręcipitans, ita incōbustus periit. Hęc cum Pachomius per ordinem cerneret, nequaquam frigide in Dei gratia laborandū esse didicit, multoq; minus aduersario vel inleuissima aditū concedendū. Vt igitur oēs illi vię pręcluderet, vtq; collaras sibi gratię opes multas careret, tãta virtute annisus est, vt ipsi etiam sentigentem interdum admirationem commoueret.

Patentia S. Pachomij.

Erat non procul horrida quędam solitudo, vberibus & spinis obsita, quã nudis sæpę pedibus, ligandi gratia, inambulabat. Ibi cum aspera quęque prefferret, & faucias, grauiter plantas, post se traiecit.

In solitudine etiam de aliorum salute multū sollicitus est.

sustinebat lætus, memor clauorum quos Christus Dominus, scelerum nostrorum ergo percussit. Porro quanquã spiritu solitudinis delectaretur plurimum, nunquam tamen proximi curam neglexit.

ebat; sed ardentissimas semper pro omnium salu-
 ad ad Dominum preces fundebat. Cumq; aliquan-
 do cella egressus, per inculta eremi loca solus in
 ambulans, ad vicum Tabenese pervenisse, audiuit,
 inter ipsa orationum suarum suspiria, vocem sibi
 dicentem: Pachomi, mane hic, & constructo mona-
 stero, curam eorum, qui salutis causa ad te conflu-
 unt, suscipe confidenter. Hac voce attonitus Pa-
 chomius, constitit: & ecce Angelus Dei illi asti-
 tabe lamq; in qua monachorum regula & opti-
 ma vivendi norma congesta erat, ei tradidit: quam
 sanctus suis deinde discipulis prescripsit, ad
 quam, in hodiernum vsque diem, Tabennesiora vi-
 am instituunt.

Porro Palamon deuexa tum etate vir, tandem cor-
 porea vinculis, laetus ad caelos migravit, Pachomi-
 auctorem, cum in eadem vita austeritate perseue-
 rat, paulo post fratrem suum naturalem, Iohan-
 nem eiusdem vitae socium habere meruit. Post quin-
 decim annorum decursum, quo tempore vi-
 giliaru & inedia patientissimus multa preclara cu-
 ratorario certamina sustinuerat, recordat^o pmissis
 per Angelu de salute animaru plurimarum acce-
 perat, amplissima noui monasterij fundamenta ia-
 ce cepit. At frater, qui secessum & solitudinem
 meditabatur, ea amplitudine offensus, Pachomio
 accessit, multiq; rationib. voluntati eius sese op-
 ponit, quin etiam asperis eum verbis increpuit: quasi
 malicio & sordibus, nominis celebritatem quere-
 re. Pachomius vero ea contumelia affectus, mul-
 tum quidem comotus fuit, ab omni tamen verboru
 iniuria abstinuit. Erat enim miti mansuetiq; inge-
 nitus. Sequente autem nocte, de illa animi commotio-
 ne, quae in pectore oborta fuerat, tantum dolorem
 conce-

De regalis
 S. Pachomij
 meminit
 Genadius
 de viris il-
 lust. cap. 7.
 Iplas Pachomij
 regulas
 Latine red-
 didit S. Hieron.
 Vide Baron.
 innotis
 hoc die.

Vide quantis lachrymis vir sanctus leuissimum delictum plangit.

concepit, vt quasi grauissimorum scelerum reus infiduos lachrymarum imbres funderet: suamque fragilitatem acerbissimè deploraret. Timebat enim aliquando obicem diuinæ gratiæ opponeret, & ex timore Dei incautè excideret. Consueuerat totis noctibus extensis in formam crucis manibus, Dei misericordiam deprecari: & aduersus inimici rugientis sæuitiam opem implorare.

Dæmonum
in eum insi-
dia.

Interea cùm monasterium, magna animi alacritate, ædificaret, dæmones acrioribus inuidiæ stimulis concitati, varias ei insidias struebant: & cùm irruptione & aperta vi nihil se proficere intelligerent, vanis imaginibus eum à mentis & precæ puritate retardare conati sunt. Sed vir sanctus ones eorum insultus constanter eludebat: profusus eandem animi tranquillitatem, in medijs temporibus & clamoribus, semper conseruaret. Accidit quandoq; vt vëro sancto, post preces ad opus edenti, malignus, suscepta specie galli, insultare & continuas sæuaq; voces ederet: simulque in capillum inuolaret & vnguibus acerbè eum feriret. Ille autem crucis signo in fugam quidem eum compellit: sed alias mox insidias sensit. Ecce enim ingens dæmonum turba, vno consensu, folia ex arboribus concutere visa est, allatisque funibus ea alligabat. Tum verò vtrinque stantes se inuicem hortabantur vt ea folia tanquàm immanis ponderis saxum viribus traherent. Hoc autem ab eis excogitatum erat, vt re adèdò ridicula, sanctissimi viri membra, ad leuitates risumq; dissoluerent. Sed Pachomius, visa eorum impudentia, ingenuit, & Christi virtute cunctos repente in fugam conuertit. Eo autem sæpè ad mensam sedente, dæmones, in habitu mulierum, se ei obtulerunt, quos ille, clausis oculis, auer-

per fatus repellebat. Tanta autem menti eius in-
 er fiducia, tanta fides, vt scorpiones & serpentes,
 scilicet calcaret plantis: & Crocodilis, in traiectu
 uulorum, pro nauiculo vteretur. Cum autem vi-
 ueret in se, perpetuos demonum insultus, vt gene-
 rus & perfectus athleta veritatis, petiuit à Domi-
 no, vt die noctuque aduersus inimicum, in acie, in-
 uincibilis persisteret. Qua petitione concessa, omnis
 somni expers, vitam producebat, & inuicta
 tantè virtute, hostiles impetus sustinebat.

*Viuit sine o-
 mni ferè
 somno.*

*Angelus ei
 apparet.*

Paucis indè diebus, nocturnis precibus inuigi-
 lanti, interim angelus Domini, clara se luce ei con-
 spicendum præbuit, tertioque eum, vt hominum
 Deo conciliaret, monuit: & protinus recessit.
 Hac visione oblata, nouus multoque quàm antè
 horum hominum concursus ad eum factus est. Ij au-
 tem erant ferè omnes ex eorum genere, qui scele-
 rum conscientia grauati, cum Deo in gratiam redi-
 cupiebant. Hos itaque summa beneuolentia ex-
 cepit Pachomius, in viam reduxit & mortuas ac
 putentes animas, non sine miraculo, Christi
 in vitam restituit. Et quidem alios seuerio-
 rum disciplinis idoneos, ad monasticam vitam
 adducit: alios mente corporeque fragiliori, Deo con-
 uentus, communem viuendi viam ingredi permi-
 sit. omnibus autem salutis monita dabat, quibus
 iuncti, læti alacresque, suauissimum Christi iu-
 gum portabant. Hæc aliaque præclara pietatis offi-
 cia, soror eius audiret, perfectioris vitæ studio
 impulsâ, ad eum venit, locumque paulùm à monaste-
 riorum obtinuit, in quo, Pachomio fratre in-
 uicte, solitaria vitam instituit, multasque scemi-
 nal eandem, suo exemplo, societatem allexit.

*Peccatores
 ad se veni-
 entes Deo
 conciliat.*

*Soror eius
 ad eum ve-
 nit & mu-
 do renun-
 ciat.*

Theodorus
iuuenis illu-
stris fit mu-
nachus.

cem sanctitatē, celebri sermone in ore omnium fa-
retur, multiq; indies, sprete voluptatib. & petu-
ris mundi honorib. contēptis, ad religionis portum
cōfugerēt, inter alios, Theodor⁹ qdā, illustri scho-
dū familia ort⁹, annos nat⁹ plus minus 14, in magna
spe dignitatis & honoris educatus, studio tā ad-
mirabilis virtutis, quā oculis intuebatur, incensū po-
nones contēpsit, opes deseruit, parētum lachrymas
despexit & in monachorū societatem sese recepit.
Nec mirū sanē quod oēs sese certatim Pachomio in
disciplinā tradere cuperent, qui cōmissum sibi
gem, tanta dexteritate ac suauitate regere, & in
minimē dubia, ad salutis portū delucere nosset.
Quidam exercitator multorū fratrum, inter quos
quendam instituentum habebat, qui ad faciem
ordinum dignitatē, quamuis ineptus, importunē
opportunē aspiciabat. Præfectus verò cū eū talibus
stione indignū cerneret, preces ei⁹ repudiabat
villo modo promouere volebat. Cūq; frater ille
importunitate, præfectū vincere contenderet, &
rijs molestijs afficeret, Præfectus eū Pachomio
tulit: vt quod vtile iudicaret, de eo statueret.
aūt, auditis de frater illo querelis, nequaquam
riorib. eum monitis exceptit, sed, ne hominē de-
rationis barathro absorberet, Præfecto mādauit
diutiūs eius voluntati nequaquā resisteret, sed
quę postulabat, benignē cōcederet. Prudentem
dicebat, virū malum, si beneficio afficiatur, ad
sum boni perduci posse. Itaq; Præfect⁹, hoc acco-
responsio, fecit quod iussus fuerat. Frater autē
audita hac Pachomij in se beneuolentia, cum
mis reuersus ad pedes eius procidit & ait: Bene-
Dei magnę tibi grates debentur, qui vincas in
malum. Si enim leni in me animo non fuisset, &

Industria e-
rus in alio-
rum animis
regendis.

seritate vsus, Prefecto subdidisses, profecto, reli-
 gioso habitu, seculi commoda repetissem. Nunc au-
 tem benedictus es tu à Domino, quoniam, per te,
 salua est anima mea. His auditis, vir sanctus, fra-
 trem per amantem amplexans, hortatus est, vt digna
 sua professione, vitam ostenderet, ne deteriores in-
 futuro penas lueret. Et hac quidem lenitate erga
 infirmos & in cuius pietatis adhuc teneros uteba-
 tur Robultos verò, & qui longa bellandi consuetu-
 dine viriliter decertarant, varijs modis exercebat.
 Inter quos Theodorus: quem sanctum vir sanctus
 facilius increpare & nullo ipsius demerito, ad fun-
 ctiones quaslibet inuicilè appellare non verebatur.
 Inter hæc aliaque virtutum insignia cœpit etiam
 miraculis clarescere. Quædam mulier, ex ijs quæ
 vitam agebant, cum laboraret profluuiio san-
 guinis, neque vlla recuperanda salutis spes in arte
 medica, reliqua esset, concepta de Pachomij sancti-
 tate fiducia, contactu cucullæ ipsius repente pristi-
 nam sanitatem obtinuit. Alia item puella, a sauo
 arumone, propter violatam castitatis fidem, corre-
 pta, oleo facio, per Pachomium liberata fuit. Sed
 filius viri cuiusdam optimi, immensi obsessus
 demonio, pane per eum benedictio, eoque sumpto,
 repente sanatus fuit.

Miracula eius.

Hæretici oppugnant discipulos eius.

Venerunt quandoq; ad viri sancti discipulos hæ-
 retici quidam arrogantia tumidi, qui vt impietatem
 occultabat, ita miraculorū virtute, ad certa-
 tum fidei eos prouocare nō verebatur. Agedū, dice-
 bat, vt liquido cōstare valeat, quorū fides sincera &
 integra est, pedibus hūc fluuiū transmittamus. Hæc
 discipuli ad Pachomium retulissent, vir sanctus
 respondit: imposituram: o frandem caudæ serpen-
 tis: Nescitis illud Apolloli: quod Deus secun-



UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 PADERBORN

dum duritiem eorū & cor impoenitens tradidit eos
in reprobum sensum, vt sint inexcusabiles. Et illi
quidem, Dei permissione, fluitū trahere possent,
opem eis ad hoc ferente diabolo quod haeres eorum
hoc modo confirmata, arctioribus eos, qui iam de-
cepti sunt, impietatis vinculis cōstrictos, post le-
ptinos trahat. Mihi verò hoc nō est à Deo p̄positū,
vt pedib. fluitum transmittā, aut feris imperē, quā
ab initio Deus homini subiecit, sed vt, Dei virtute,
diabolicas trāfiliā infidias: & me totū, meq; omnia
ad Dei mei voluntatē, cōponam. Quod vbi fecero,
reliqua omnia, mira facilitate, protinūs cōsequen-
tur. Post hæc voluerunt quidā viri de reb. ditius,
cū eo sermonē instituere, qui falsa sanctitatis & do-
ctrinæ opinione se venditabāt. Fuere illi benigenti-
Pachomio admissi, collatq; sermone, sensu pro-
nūs vir sanctus f̄etore intolerabilē. Cumq; terti-
doris causam ignoraret, ijs dimissis, enixè discuti-
gavit, intellexitq; mentes eorū prauis opinionibus
corruptas, impietatis virus per linguas effundere
voluisse. Tum protinūs eos insecutus, quos suum
Origenis opera lectitassent. Illis aut negantib. Co-
ueete, inquit, ne vos nefaria viri illius heresi cōtami-
netis. Testor. n. corā Deo, quod oīs qui Origenis do-
gmata tuēda suscipit, penā inferni nequaquā evadet.

Cum hære-
ticis differēs-
tetrum sen-
sit odore.

Eius de Ori-
gene senten-
tia.

In cōmisso sibi grege & animis singulorū moder-
randis, mira eius industria & solertia fuit. Et quā-
non oēs vna eademq; via (quod in quibusdā am-
rum moderatoribus valde vituperandū est) ad fru-
diū virtutis adducere conabatur, sed despiciendū
primis, quod ingeniu, & qua ratione tractandū
Cū aliquādo sedulus pastor monasteria sua per-
agraret, fortē in ipso itiuere, fratris cuiusdā, qui ne-
gligenter admodū vitā traduxerat, funus obuiū ha-
buit: quod
monumē-
tium
res oma-
re, aut pre-
toremb.
pionibus
vidē solū
deuncto
charis, eg-
namus vid-
urum eius
nada cure-
nes quæ
indae abu-
culo, pecc-
ago vos, q-
libetur, et
tatis igno-
accidit,
in Rom-
vum incid-
tatis on-
tatem con-
ni, præter
tuz conc-
Roman-
ereturq; &
quam igno-
nam acce-
impolulau-
vitate, se-
tem perdit-
tatis redux-

luit: quod parentes, maxima pompe celebritate, in monumentum deferrebant. Quo viso, vir sanctus psal-
 lentium voces protinus conquiescere, vestesque fune-
 res omnes comburi iussit: atque ita, sine vlllo hono-
 re, ante precum solennitate, reliquias sepulchro tradi-
 dit: parentibus autem & cognatis eam rem admirantibus, ro-
 gantibusque, ut iusta ei fieri pmitteret respondit: vos
 videte solius corporis cura habentes, per eum, quem
 defuncto deferitis honorem, maiorem illi poenam con-
 cillatis, ego vero, quanquam vobis crudelis & inhu-
 manus videar, per hanc ignominiam, vincula pecca-
 torum eius, quibus anima eius constricta tenetur, la-
 manda curo. Deus enim qui est fons bonitatis, occa-
 siones quarit, per quas suam in nos benignitatem ef-
 fundat abunde: ut non solum in hoc, sed et in futuro
 saeculo, peccatorum veniam consequamur. Propterea
 ego vos, quos is qui decessit, a malis imminetibus
 avertatur, eum sine psalmis sepeliat. Haec enim sa-
 tis ignominia ad expiationem animae ei cedit.
 Accidit, ut cum fratrum cellas quandoque iustra-
 tum, in Romanum quendam maximae auctoritatis
 virum incidere. Is autem, multis praeteritae vitae
 peccatis onustus, vehementer se ab eo onere, per sa-
 cram confessionem exonerare cupiebat. Sed ne-
 que, praeter unum Pachomium, arcana conscientiae
 suae concedere volebat. Interim Pachomius,
 Romanae Graecaeque linguae prorsus ignarus esset,
 et illum & alios non paucos, propter lin-
 guae ignorantiam, periclitari; fidenter ad Do-
 minum accessit, precibusque donam linguarum omni-
 um postulavit, obtinuitque prorsus, ut sibi, in dicendi
 facilitate, secundum non haberet. Hinc innumera-
 tum perditorum hominum multitudinem in viam
 veritatis reduxit, cunctisque ea pietatis monita dedit,
 quibus

Obserua
 quomodo
 vir sanctus
 etiam post
 mortem pec-
 cata soluit.

Diuinitas
 obtinet no-
 titiam om-
 nium lin-
 guarum.

quibus facile, sine vlla offensione, ingrederentur & daemones insidias, quas erat expertus plurimas, mira dexteritate, subterfugerent. Itaque post plurima caelestis philosophiae extructa domicilia, post innumeros labores & certamina, quae pro sua suorum salute, inuicta mente, sustinuit, laetus hilarisque animi Saluatori tradidit, mensis Maij quattodecimo.

Obitus S. Pa
trij.

MARTYRIUM S. DYMPTNAE, REGIAE
Hyberniae filiae, ex actis, quae Petrus Cameracensis
conscripsit. Claruit circa annum Domini 600.

15. Maij.

FVIT in Hybernia, rex gentilis, qui vanis idolorum cultibus & maxima opum potentia & militari gloria admodum celebris, ex illustri iunge, quam propter eximiam formae pulchritudinem, singulari diligebat affectu, filiam suscepit, decoris venustate matri valde similem, meritis nomine Dymptnam; ut ex ipso vocabuli praetigione postea Deo digna iudicaretur. Quae in domo patris nobiliter educata, transactis pueritiae annis, caelestium lumine illustrata, regales luxus & voluptates omnes aspernari cepit: ac tandem occulte sacris aequi expiata, Christo nomen dedit & castitatis voto persequum, se eius seruituti addixit. Interea mater eius regina defuncta, cum rex, ea causa, superuacuos doloribus laboraret, tandem, habito cum potentibus consilio, statuit virginem adolescentulam, genere & forma spectabilem regi alicui stabili matrimonio coniungere. Cumque, eam in re, milites & eloquentia praestantissimi, per varias regiones vires missi fuisset, ut aliquam, regio se mare praetentum inquireret, tandem, re infecta, redierunt, regem ingressi, ac rege salutato, huiusmodi ad eum con-

S. Dymptna
est in bapti-
zatione ca-
sa uouet.

em instituerunt: Nos quidē, ô rex excellentissime,
neistaris tuz iussis obrēperantes, nullo modo re-
nam adolefcētem tua filia dignum reperire potui-
mus. Sed, si placet, eccē filiam tuam Dymnam, di-
na præditā pulchritudine, iube tibi potius fœlici
nuptiis copulari. Vix hæc effati erat, cum mox
abolus, qui virginem sacram ad infandam super-
tionem reducere volebat, regem amore incesto
impudicitiz facibus inflammavit.

Itaq; rex cupiditate parū honesti amoris inflam-
mus cepit animum puella blanditijs pertentare
opes mundi; gloriā promittere, si eas nupti-
pari amore ac voluntate amplecti vellet. At
tristi virgo, præcise constanterq; se tantum nefas
quam admitturam respondit. Neq; enim vel in
tuz vel legibus consentaneum esse, vt filia patris
rum commaculet: atq; eo scelere, omni poste-
perpetuam ignominia notam inurat. Cumq;
vehementius instaret precib. & illa fortius ne-
tandem rex iratus, dixit, eam vel ingratis ac-
ocere oportere. Tunc illa quasi obtemperatu-
quadraginta dierum petiuit, ad cautelam, indu-
Interim ornamenta & gemas & vestium splen-
culumque puellarem sibi dari deposcit, vt
cancius ornata gratiosior patri appareret. Rex
mirificè lætatus, omni ambitione, puellæ
satis fieri curauit. Interea virgo, vt pa-
tulinem effugeret, assiduis precibus Christi
implorabat. Cogitabat enim, patria relicta
ad igno:as terras confugere.

Itaque tunc temporis, in Hybernia, eximia sancti-
tatis doctrinæ sacerdos quidam, Gerebernus no-
mine, qui occultè conuertendis ad Christū animab.
nam nauabat operā reginæq; defunctæ, Chri-

Eius pater
vult eam ha-
bere coniu-
gem.

Gerebernus
inignis
presbyter.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

stum in hac vita colenti, & animæ labes per cōfessionem frequenter expianti, aures præbuerat, & ipsam quoq; Dymnam sacro fonte lustrauerat, & rard, cœlesti pane vtramq; refecerat. Hunc beata virgo clanculum accersens docuit quanto in periculo versaretur: rogauitq; multis cum lachrymis, vt dicitur & consilio & precib. subueniret: ne in tam horrendæ turpitudinis barathrum demergeretur. Tunc sanctus tutissimū in fuga præsiidiū esse dixit, hortatusq; est eam, vt patrio solo relicto, pauper spiritu, pauperem Christum sequeretur. Nec mora. Capta tempore fugę opportuno, virgo sancta ad iunctiōem ibi sancto Gereberno, & ioculatore patris sui, cum eius vxore, vt sub ioculatorū specie, secretus proficisci possent, propositum iter ingressa est: perueniensq; ad portū nauem conscendit & auris acientis prosperantib. Andouerpiam appulit. Ibi aliquid diu cōmorati, cū mentes Christo deuote, secularis strepitus ferre non posset, solitudinis secessum meditari cœperūt: tandemq; per nemorosa & densa ad pagū quendam, cui Ghele nomen est, perueniunt. Erat ibi ecclesia vnica beato Pontifici Martinocra, in qua etiānum sanctissimæ virginis corpusculum requiescit. Non procul autem ab ea ecclesia loco qui Zammale appellatur, construendum habitaculū elegerunt: vt ibidem, ab omni mundi strepitu remoti, per contēplationis dulcedinē, Deo famularētur. Extirpatis igitur arborib. & frons miciliū sibi congruū extruxerunt, in quo tribus amplius mensib. ieiunijs & orationib. vacantes, produxere. Nam Pater, cognita fuga, scissis vestibus post gemitus & dolores diu repetitos, maxima multitū stipat. caterua p̄ ciuitates, & mōriū sollicitate eam quaerit. Qua nō inuēta, mare ad

S. Dymna fugit e patria.

Venit Andouerpiam.

Indo Ghele.

Andouerpiã, cū multiplici suo comitatu appulit. Egrediente autē illo de nauī, magnus populi concursus, vt moris est, cerratim ad eum videndū ruit. Ille verò moram ibidem faciens, varios per adiacentes prouincias misit legatos, si quem fortè de filiarum morem percipere posset. Proficiscētibas autē diuersis, per loca varia, quidam illorū ad villam rurensem, cui VVesterlo nomen est, peruenerunt: cumque hospiti, apud quem nocte diuerterat, nummos suos depromerent, ille, ijs inspectis, intē se illis valde consimiles habere, quorum rationem præciū penitus ignoraret. Et requisitus ab eis, quomodo talem pecuniam recepisset, respondit, ignarus cur id quærerent, se à virgine alienigena, corpore & aspectu pulcherrima, propè in deserto habitante, eam habere: quæ pro emendis alimentis id genus nummos semper mitteret. His auditis illi statim in spem maximam recuperandæ Dympnæ regis se venerunt. Itaque se eò adduci curarunt, virginemque inter cæteros, prociū stantem, cognouerunt. Tum summa celeritate Andouerpiã regressi, visa & audita regi, magno eū gaudio, retulerunt. Eo nuncio incredibiliter gauisus rex iterum suis ad locum arripuit, eaque inuenta cernens faciem eius, macie nonnihil deformatam, libidinose accensus, blandissimis hisce verbis eam affatus est: ò vnica filia mea Dympna, amor meus, desiderium meū & dulcedo, quæ te compulit necessitate, vt regali dignitate contempta terram tuam patriam relinqueres, innataque ab ipsa natura dilectionis oblita, patrem regem desereres, isti que se decerpico, sacerdoti, tanquam filia adhereres: & parillimis eius mandatis, tanta alacritate, obtemperares? Cur regni Hyberniam vnica, post patrem, si hares,

Pater Andouerpianu veniens filiam requirit.

S. Dympna à patre suo inuenitur.

hæres, aulam regiam spreuisti? Noſtro igitur acquieſce cõſilio, & nobiſcum ad Hyberniam reuertere: quoniaꝝ ſi paternis affectibus aſſenſum præbueris, diademate regali coronaberis, & ſuper omnes principes, matronas, ac virgines regni mei, principatum obtinebis. Quin & templum de marmore candidiſſimo, inter deas tibi ædificari, ſtauat, & que ex auro puriſſimo fabrefactam & gemmis inæſtimabilis præcij rutilantem, ab omnibus adorandam, tibi collocari iubebo. Ad hæc cum uirgo reſpondere uellet, Gerebernus reſponſionem eius anteuerſus, regem dura ſeueritate redarguit, eumque ſceleratiſſimũ & abominabilem inſclamantem, quòd filiam propriam cõcedere uellet, à quo ſceleratiſſimi etiam ſcortatores abhorrenter plorantem. Monuit inſuper uir ſanctus uirginem, ne quàm regi, in tam nefario opere, conſentiret: nec terti regis, cuius dulcedinem iam guſtaſſet, indignationem incurreret. Ea monitione rex proceresque grauiſſe offenſi Gerebernum morte digni clamauerunt: amouentesque eum à uirgine multis morijs exagitarunt: ac tandem uolentas manus abſcidentes crudeliter peremerunt. Sic glorioſus martyr Domini, ex tyranno triumphum referens, capitis amputatione, perfectam martyrij coronam à Domino accepit.

S. Gereber-
nus interfi-
citur.

Tunc rex, iterum conuerſus ad uirginem, roſto decore nitentem, ut ſibi acquieſceret, acrius inſurre cepit: multisque blanditijs uirginis conſtantiam infringere conatus, dicebat: ò filia mea, cur patris patrem tuum tantis anguſtijs doloribus? miſere cur renuiſiſti? & illum ſpernis quem allicit amor? Tantummodò mihi aures præbe, & nihil tibi deſiderari patiar. Nomen tuum per cunctos regni mei

ter deas sacratissimas celebrabitur. Tunc virgo
 deo deuotissima patri cum indignatione respon-
 dit: Cur infœlix tyranne promissis fallacibus, à
 pudoris proposito auertere me conaris? Putas, mi-
 ser, quòd à stabilitate propositi mei resiliam, cor-
 que meum polluendo, Christum vnicum ama-
 rem meum offendam? Tuas ego regales delicias,
 mente còtemno, & illas promissiones Domini
 Iesu Christi, quæ cuncta superant desideria,
 in totis visceribus concupisco. Pro dea haberi re-
 spo, & honorè statum vilipendo. Talem mihi de-
 ceptus noli frustrà adhibere sermone. Tunc rex
 impio ferus, libidini deditus, atque cultor idolorum
 impudens, quàm magis fidem Christi in ea feruere
 percipuit, tanto furiosius in eam, totis viribus, in-
 uenit: dixitque: Vide, malitiosa, ne decetero nos
 terges: exple statim quod opto, & dijs nostris sa-
 crifica, aut, certè, mortis tuæ exemplo, efficies, nè
 ego filia, paternis imperijs contradicere ausint,
 quæ virgo: Qua de causa, crudelis tyrâne, egre-
 dum Domini sacerdotem, nulli crimini affiné oc-
 cidi? Dei omnipotentis iudicium non euades,
 deasque tuas vt figmenta detestor: & Domi-
 ni Iesu Christo, tota me deuotione còmitto. Ille
 angelus meus, gloria mea, salus mea & desiderium
 meum. Poenas omnes, quas inferre potes, læta men-
 te parata sum, pro Domino meo, perpeti.
 Rex audiens rex nimio furore incensus, iussit
 celeriter capitis affici supplicio. Sed cum nul-
 lam crudele præceptum exequi auderet: ipse
 crudelis rex, antiquæ nobilitatis & regalis cle-
 mentie oblitus, gladio, quo fuerat actinctus, sa-
 cræ caput præclaræ virginis amputauit: atque inde,
 in suo comitatu, ad propria remeas, Sanctorum
 corpo-

S. Dymphna
 egregia cõ-
 stantia.

S. Dymphna
 à suo paren-
 te iugulatur

corpora volatilibus cæli & bestijs terræ deuoranda reliquit. Cumque ea, dies aliquot, à feris & quibus intacta, in nuda humo iacuisent, à quibusdam habitantibus, in specu condita sunt. Excolebant tunc quidem temporis Ghele raro inhabitato: erant enim in ea non nisi quindecim domus, eorumque memorum densitate ferè per sex milliaria circumseptæ. Post multa verò annorum curricula cum pagus ille hominù frequentia iam valdè celebris & auditus esset, pro stupèda signorum exhibitione, que fiebant illic erga quibuscunque languoribus occupatos, Clerus & populus congregati in loco sepulture, Sanctorum corpora inquirere cœperunt, quàm mira & omnibus seculis inaudita. Cum enim descendentes terram eiecissent, angelicis manibus paratos, niue candidiores sarcophagos duos, & pertra excisos repererunt. Inde extractas, sine difficultate, tumbas ciscuquaque accuraciùs contempentes, nullum in eis vel iuncturæ vel fracturæ signum conspiciunt, imò verò sanas & integras corpora Sanctorum corpora continentes. Quare valde ætoniti non hominum, sed angelorù id opus esse agnouerunt: perque tumbas niue candidiores, Sanctorum castitatem significari intellexerunt.

Igitur cum ad Xanthense oppidù, quod ad Rhenum situm est, fama virtutum & miraculorum huiusmodi peruenisset, eius incolæ sub peregrinationis specie situm loci sagaciter explorarunt: & per aliquot dies coram sanctis corporibus excubantibus, clanculù preciosas reliquias, cum tumbis lapideis quadrigis impositas auexerunt. Quo cœperunt Xanthenenses vehementer commoti, mox ad arma conuerterunt: accessisque animis à tergo viriliter insequuntur. Igitur sono immensæ multitudinis, marcescentes

Vide rem admiratio-
ne dignam.

Xanthenes
auferunt sa-
cra corpora

ratorum exterriti, tumbas, magna celeritate, in
 terra deposuerunt: vnamque in frustra redigentes,
 qua sancti Gereberni corpus erat, cum eo effuge-
 runt: & prospero itinere, ad Xanthense oppidum
 venerunt: vbi Gerebernum, vniuersa multitu-
 do cum canticis & hymnis & cereorum lumina-
 bus eis obuiam ruente, honorifice sepelierunt.
 Valentes vero, qui insecuti eos fuerant accedentes
 ad locum, fracta B. Gereberni tumba, S. Dymphae
 tumbam absque vilo laesionis signo reppererunt.
 cum ad propriam vellent reducere ecclesiam,
 modo, corpus loco mouere quiuerunt: pro-
 pter si radicatus fixum in terra teneretur. Cumque,
 factum opus esset, ignoraret, nocte vna quaedam
 mulier, secundum quietem admonita est, vt vitulum,
 quod habebat in stabulo, nouellum, bigae iungeret,
 mulieris corpus reduceret, quod multi, peccatis
 iam obstitentibus, mouere non poterant. Mane
 factum, mulier visionis seriem filio suo enar-
 raui, eumque monuit, vt citius, a Domino iussa
 compleret. At puer matrem suam delirare existi-
 mabat, eam deprecari coepit, vt ea de re siceret, ne
 eos simul risui exponeret. Sed illa nihil mora-
 tum, vitulum nondum cornua producentem applicuit
 ad locum retendit. Sequebatur eam paruus &
 pius, piusque mulierem, plane delirare & desi-
 dere credebat. Tandem loco appropinquans, cu-
 m sacri thesauri obnixè rogauit vt bigae suae eum
 mouerent. Quidam eam risu & cachinno exci-
 derunt, quidam cum indignatione repellabant: Nota mira-
 culum.
 verò, precibus eius importunis victi, manus o-
 mnes admoerunt: & sine vilo grauamine corpus
 mouerunt, impositumque bigae summa cum laetitia
 adpro-

S. Dymphae
 corpus loco
 moueri non
 potest.

Nota mira-
 culum.

ad propriam ecclesiam reduxerunt. In qua, per venerandæ virginis & martyris Dymptnæ merita, quotidie innumerabilia conriscant miracula.

Postea verò nobiliores loci incolæ, sacrum corpus theca ex auro & argento, ac preciosis lapidibus confecta exceperunt. Itaque Episcopus Cameracensis, cum immenso vulgi comitatu eò veniente, tumba lapidea sacræ virginis corpus, in thecam illam ex auro & argento fabrefactam, transtulit. Apperta autem tumba, inuenit antistes, in sacro veneranda virginis pectore, lapidem rubeum, cum inscriptione nominis Dymptnæ. Dubium nõ est eam ab angelis pectori sanctissimæ virginis impostam fuisse, vt per eum martyriũ cunctis innotesceret. Prædicta autem corporis translatio, magna cum celebritate, decimaquinta Maij peracta est: eoque die, memoriz martyrij eius, cum festiuis gaudiis instituta: quaquam eam coronam tricesimo mensis die adepta sit.

Et quoniam diuersa conscripta miracula tantæ admiratione digna, quæ Dominus noster Iesus per gloriosam hanc virginem & martyrem mandauit ostendere dignatus est, longum foret enarrare, breuitatis causa à nobis omittuntur. Certe obnoxia dæmonibus, cum ad eius venerabile templum in Ghele afferuntur, quotidie, per eam liberantur. Porro alia beneficia infinita deuotis suis precibus impetrat apud Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre & Spiritu sancto viuere & regnat in secula sempiterna. Amen.

VITA S. DOMNOLI EPISCOPI
 nomanensis. ex ea quæ est Haduini Præsulis
 quodam Domnoli familiari amico conscripta. Cla-



viu temporibus Clotarij Regis Francorum filij Clodouet & eius filij Chereberti ac successoris eius Chilperici circa annum Domini 571.

Beatissimus Domnolus ex generosis procreatus parentibus à primis annis insigni morum probitate vitæq; integritate, cunctis præluxit ad Cenomanicam urbem in multorum salutem nimis transmissus fuit. Cum alibi ad Episcopatum dignitate non sine magno honore euectus fuisset relicta patria, parentibusq; & cunctis, quas possidebat, rebus, Romæ orationis ergo profectus est: cum ad sacra Apostolorum limina, animi sui deuotioni fecisset satis, post longa itineris emensata, Domino gubernante ad Cenomanos appueros, propter obitum sui Pontificis, magno affectu animi mœrore affectos. Iampridè enim beatus Imoœs ad Dñm migrarat: & laboris sui præsecutus maximum sui desiderium reliquerat. Cumque Clerus & populus vniuersus alium eorum & honore dignum exquireret, viso Domnolus, vnanimi consensu, oēs id honoris in eum conuulerunt: & inuitum ac reluctatem planè, eum dignitatis gradum ascendere compulerunt. Cominus itaque cathedram subijit: illudque nobilitatis signè perpetuò gestauit, quo, Christo, die ac nocte, alacri & iucundo animo gratiam exhibebat. Neque tamen vel à generis nobilitate ab operum sanctitate, gloriolæ & laudis succubabat: sed præclara de se præbens virtutum exempla, intrà se suos thesauros deponens, totusque celesti disciplinæ addictus omnem mundi pompam egregiè calcabat. Erat magna caritate ac beneuolentia, Germano sanctissimo Antistiti coniuuctus, quem in omnibus

16 Maij. Obijt i. Decembriis.

It Romam orationis causa.

S. Domnolus fit Cenomanos Antistes.

S. Domnolus Germano familiaris.

bus

PNÄ
In qua, per re-
merita, quo-
cula.
a, sacrum con-
o fisa lapidibus
opus Camer-
u ed veniens, de
s, in theca
tranluit. A-
in sacro reser-
beum, cum
um nõ est
inis imponi
is innotescit
o, magna
acta est: ex
liuo gaudet
ricissimo me-
miracula
nostr lesa
yrem man-
t enarrare
Ce: re ob
le exempl
eam liberat
tis suis cal-
tri Iesum
eto viuit
SCOPI C
i Præfata
conscripta

bus pietatis operibus consultorem habebat fidelis-
 simum, optimūque: prorsus ut mutuis adhorta-
 tionibus inflāmati, subiectis sibi populis haud vul-
 gariter prodesse. Cumque pietatis & religionis
 cultor eximius eos præcipuo cōplēderetur amo-
 re, qui abstracti ab omni prophanorum hominum
 congressu, Deo familiarius suauisue famularen-
 tur; monasteriū in suburbio ciuitatis suæ extru-
 it, quo præclaras leges, conuertendis ad Christianam
 animabus, aptissimas cōdidit: & plurimis san-
 ctoꝝ ploratę salutis hominibus viam vitæ aperuit, & ad
 portū saluationis æternæ perduxit. In ea item ci-
 uitate, in qua S. Iulianus, primus Cenomanorum e-
 piscopus, corpore requiescit, iuxta monasterium
 Victurij, monasticum institutū, quod iampe-
 illuc florere cœperat, mirifice augmentauit, adeo
 ut quinquaginta ferè patribus fratribusque ceteris
 necessaria, tam ad illorum, quàm peregrinorū
 aduentantium victum, magnificè suppediret.
 Aliud quoque monasterium & xenodochium ve-
 tra Sartam flumen ædificauit, suæque ecclesie ho-
 bus irā dotauit, ut pauperes & peregrini, egenos
 oēs, quos vicina vrbs capere nō poterat, recepere-
 re. Quanta autem seueritate in castigando peccatoꝝ
 corpusculo, vsus fuerit, quàm se perpetuis vigiliis
 confecerit, quàm in præstandis elemosinis libe-
 ralis & profusus fuerit, nullis ferè verbis explere
 potest: quādoquidem eiusmodi pietatis operibus
 quo inanis gloriæ fumo inficerentur, etiam paratissimè
 quàm palàm exercebat. Nullum omnino tantum
 quantumuis exiguum præterlabi sinebat, quod
 vel proximorum saluti consuleret, vel aliquo
 suos profectus adijceret. Quod si quis eius facta
 diligentius scrutari voluerit, magnarum virtutum
 reperi-

Construit
 monaste-
 rium.

Exercitia
 S. viri.

Miracula inueniunt, e quibus nos vel pauca prome-

Quodam die Dominico, cum peracto officio so-

lenni, ad mensam, ex more, pransurus accederet, cœ-

lataque aquam minister in eius manus infun-

dit, & lotis manibus, malleum asportaret; cœ-

quidam, Seagrius nomine, aquam illam, que de

manibus Pontificis defluerat, sibi dari petijt: ea

os oculos abluturus. Minister id parvipendens,

stultam aquam ei tradidit. Ea cœcus suos per-

dens oculos, mox in Christi nomine, visum re-

dit: letusque abscessit. Vir quidam, genere nobi-

li, & opibus prædiues, qui regi à consilijs erat, in

ecclesia, Tridenti nomine, cui vir Dei præ-

uaserat: eamque obstinato animo, per sum-

am iniquitatem, sibi vendicabat. Vir autem san-

ctum crebro illum admoneret, vt à suis malefi-

cijs cessaret, nihilque tamen monendo profice-

rans tandem ad precandum Dominum se contulit,

pro expiandis peccatis; olim à fidelibus ec-

clesiæ donatas, ipsi restitueret. Interim sacrilegus,

Deo dicatarum occupator, diuina ultione,

corripitur: neque tamen res male usurpata

restituere voluit, vt eius poena fieret cumulatior.

autem ea febre dire afflictaretur, lecto decum-

bus, visus est sibi, nocte quadam videre matrem

suam (cui res ab ipso usurpata, vnaque beatis-

simis Geruasio & Protasio dicata erant) fer-

re malleo ipsum in fronte percutientem. Mox igi-

ter malleo terrore correptus, vocato ad se Domno-

rum ipsi ablatas cum scenore restituit: & preci-

bus Domnoli sanitatem quidem recuperauit, sed

in frontis eius malleo impressi, quodam vixit,

signa reseruauit: non alia proculdubio de causa,

quam

Tt

quam



quàm vt suo exemplo à simili facinore alios ab-
 &erreret.

Quodam Quadragesimæ tempore, cum vir fan-
 ctus in cellam Anisolæ monasterij sese abdidisset,
 vt liberiùs diuinis rebus, in silentio & solitudine
 vacaret, Francus quidã regi valdè familiaris, quan-
 dam eius ecclesiæ villam, Bonallem nomine, in pa-
 go Stadinse sitam, ad se rapuit. Eam iniquitate
 vir Dei molestè ferens, transacta Paschali solenni-
 tate, per se vindicare statuit. Itaque præpotens
 Dei auxilio fretus, animo intrepidus eò se con-
 lit: vt res suæ fidei creditas recuperaret. Francus
 autèm qui tunc fortè eadem in villa amicis opor-
 dabat, bellosque admodùm agebat homunculos, re-
 primùm de aduentu antistitis certior factus est, pe-
 nimo commotus, à tota villa iussit eum excludi
 prorsus, eijciq̃ue. Et quidem Episcopus non recu-
 citrans, dedit locum iræ: sed mox diuina vis in
 sacrilegum est excitata. Nocte enim illa, viro fan-
 cto in precibus persistente, sacrilegum febris inu-
 sit: & manè altero infœlicem ab illo extortit an-
 mam. Eius tam repentino interitu cæteri, qui re-
 dem scelere sese constrinxerant, metu correpti, pro-
 clesijs ablata restituerunt & antistitem, vt pariter
 reueriti sunt.

Puerulus quidam, Rainarius nomine, oculorū
 auriumq̃ue & linguæ ac pedum officio miserè or-
 batus, crucis signo à viro sancto munitus & sacro
 inunctus oleo, totus reualuit. Quodam die in vi-
 la ecclesiæ, quam Baladonem vocant, sancto Ep-
 scopo, pontificale exequenti ministerium, Magis-
 rius quidam oblatus est, qui die Dominico, magis
 remeritate audaciq̃ue, ab opere non cessans, Deo
 valescente, luminibus orbatus fuerat. Vir sanctus
 caput

oppresso Crucis signo, cœcitatein depulit, visum
 reformavit, monuitque hominem nē deinceps di-
 vni Deo consecratū violare præsumeret. Cū
 aliquandō vir sanctus nō longē à carcere quodam,
 quo plurimi vincti tenebantur, iter haberet &
 mirabiles damnatorum voces & eiulatus audi-
 it, misericordia motus, per ministrum custodi-
 endavit, vt vinctos illos absolutos pateretur ab-
 ire. Illo autem recusante vir sanctus, cum lachry-
 bus pro eorum redemptione Dominum rogavit :
 ecce, die tertio, spontē aperto carcer, omnibus
 eandē potestatem fecit. Plurimos etiā dæmonio
 obsessos liberavit : dæmonesque solo Crucis signo
 expulsi sunt. AEGros quoq; & malē affectos diuer-
 sique languoribus laborantes, nullo negotio cura-
 vit, adeo vt miraculorū assiduitate fama eius lon-
 geq; cum admiratione vagaretur. Porrò tanta
 boni vis & facultas ei inerat, vt vix quisquā tam
 in pectore viseretur quem eius cōciones ad la-
 crymas non mouerent. Totus in eam curam in-
 cecidit, ne ad supernam illam ciuitatem solus
 accederet, sed socios eò secū quamplurimos ad-
 duceret. Nihil in eius actionibus cernebatur, quod
 ad Deum non pertineret : nihil in sermonibus eius
 velle percipiebatur. Ad altare rarò sine lachry-
 bus, ad mensam nunquā sine pauperibus conui-
 uis accessit. Multa animi deuotione, opera beni-
 gnis & misericordix prosequabatur, studebat
 adesse desolatis, egentes alere, vestire nudos, &
 inopiam non posset, prompta animi beneuolentia,
 in omni re ferre opē. Porrò peracto iam militiq; cer-
 uicis, cum se ad alteram vitam à Domino vocari
 intelligeret, præclara admodū pietatis monita di-
 uinis dedit & antiqui hostis insidias ei detexit,

Carcerem
 suis preci-
 bus aperit.

Cōcionum
 eius effica-
 cia.



UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 PADERBORN

Obdormit
in Domi-
no.

monuitque vt bonis operibus intenti ad bramum
gloriæ sempiternæ viriliter aspirarent: & sic de-
mum Kalendis Decembris è corpore feliciter mi-
grauit. Humatus est à discipulis magno luctu de-
formatis, in ecclesia beatorum martyrum Laurencij
& Vincencij quam ipse condiderat: in qua me-
ritis & precibus eius, multi morbidi gratiam sani-
tatis obtinent. Nam, tertio translationis eius die,
energumenus quidam in seipsum valde crudelis, ab-
ductus, post triduum, cum parentibus seorsum
scelsit, multisq; annis, sanus permanens, Deo se-
uorum exhibuit cultorem. Quarto dein die, cum
tres ad tumulum eius venientes, redintegrata lani-
incolumes inde abiere. Nimis prolixè erimur
audira vifasq; omnia literis mandare velimus. Pro-
ca, quæ retulimus, ad faciendam fidelibus scien-
abundè sufficere existimamus. Sedit autem in ep-
scopatu annis 46. mens. 11. dies 19. & interitus
odo Turonensi, cui subscripsit: numeraturus quo-
nus eius Sedis Antistes.

MARTYRIVM S. TORPETIS P. ATII

Apostoli familiaris. ex eo quod in praclaro quatuor

MS. Codice extat.

Maij 17.

S Torpes
magnus a-
pud Nero-
nem.

Sanctus Torpes qui apud Neronem Imperato-
rem, dignitate auctoritateque, valuit primu-
mum, vt primu- eius pietas & admiranda re-
ligio innotuit, Nero comprehensum eum cum
suo propinquo Satellico tradidit: vt eum, si
modo posset, ad deorum sacrificia impelleret. Sed
cum sanctus martyr, diuina egregie virtute re-
ratus, in Christi confessione, immobilis persisten-
commotus Satellicus, a lapis eum cædi iussit: & ad
columnam ligatum, verberibus tam immanibus

Crudeliter
caeditur.

felix, vt purpureo suo sanguine, solum vndiq; riga-
 et ornaretque. Eo supplicio diu multuq; nequic-
 tam fatigatus, tandem rotæ alligatus est. Inde fe-
 lici Syluio Satellici filio obiectus, nihil tamé ma-
 ius, præclaram vbiq; de hoste victoriam re-
 merauit. Hac eius constantia animiq; virtute per-
 fectus Euellius Neronis consiliarius, perfidiam &
 impietatem execratus, fidem amplexatus est: & 3.
 Kal. Maij lustralibus aquis expiatus, Christo, ex a-
 nimo nomen dedit. Torpes verò, iubente Syluio,
 in Pisanam ciuitatē ductus, capitis abscissione,
 martyriū compleuit, tertio Kal. Maij. Corpus eius,
 ab alijs ministris, pœnè fractæ & nimia vetustate
 inemptæ nauiculæ imposuerunt, simulq; cum
 eo & gallo in decursum fluminis demiserunt.
 Quod Angelus Domini venerabili cuidam matro-
 nelæ nomine, secundum quietem apparens
 indicauit, vt martyris corpus perquireret, sepeli-
 re. Quod illa nequaquam surda aure accepit,
 sed inuentum sanctissimi martyris corpus magno
 more ac reuerentia excepit, & in monumentum
 marmoreæ fabrica, insigni opere visenda honorauit;
 quoque facultatibus mirificè exornauit. Cuius fé-
 licitas, propter translationem, hoc die, celebriùs
 celebratur.

Feris obij-
 citur sed ni-
 hil læditur.
 Euellius cõ-
 siliarius cõ-
 uertitur.
 Torpes ca-
 pite trunca-
 tur.

VITA S. DVNSTANI ARCHIEPISCO-
 pi Cantuariensis. ex ea que est per Osbertum Mo-
 nachum Cantuariensem. Migravit ex hac vita an-
 no Domini 988, anno ætatis sue septuagesimo, cum
 fuisset annu triginti a tribus.
 Eatus Dunstanus, nobilissima gentis Angloru 19. Maij.
 prolapsus ortus, eo nobilius, in huius mundi lu-



UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 PADERBORN

**Parentes
eius.**

Mira res.

**Dunstanus
nascitur.**

**Diuinitus a
morbo sa-
natur.**

cem prodijt, quo sub materni sinus adhuc angustia
clauso, diuino miraculo, designatum est, præcla-
rum mundo per eum lumen oriturum. Cum ere-
nim mater eius eo grauida, spe prolis futuræ læta-
retur, dies Purificationis B. Matris Dei festiuus il-
luxit. Cumque vtriusque sexûs homines plurimi,
accensis de more cereis, ad ecclesiam confluxerant,
inter eos pater S. Dunstani, Herstanus nomine, cum
Chinedrita matre eius, ad Dei seruitium propera-
bant, ambo cereos, quos pro ritu ipsius diei, Deo
offerrent, deferentes. Tum subito, cælo admodum
sereno, cunctis admirantibus, cuncta simul lami-
naria extincta sunt. Dumque pro rei nouitate am-
niti starent, & quid certi de tali euentu sentire do-
berent, ignorarent, erectis vultibus, intuetur flam-
mam ignis cælitus labi, & cereum, quem mater
Dunstani manu ferebat, ex ea accendi. Accedente
iraque singuli ad lumen cælo demissum, & inde re-
cipiunt lumen amissum. Ex eo autem tempore
pregnantem mulierem & Herstanum virum eius,
maiori omnes sunt veneratione profecuti: pro-
lemque spe maximi boni expectarunt. Dehinc, in-
stante partûs tempore, puer eleganti forma nasci-
tur & post dies paucos, sacro fonte regeneratus,
Dunstanus nuncupatus est. Qui teneris infantia
annis superatis, mox literis adhibitus est, quibus
die ac nocte intentus, languore graui corripitur,
& gemebunda in dies vexatione tortus, visque ad
exhalationem vltimi flatus producit. Sed cum
iam, velut morti contiguus iaceret, & confectis
vicinorum cœtus, desperata planè salute, mortem
expectaret: ecce noctis medio, præter omnium o-
pinionem integræ sanitati donatur; cunctisque in-
ferentibus, lecto desiliens, ad ecclesiam, pro reditu
ibit.

huc angustia
 n est, pracla-
 m. Cum cre-
 is futura lra-
 Dei festinus
 ines pluri-
 confluent
 us nomine, cū
 rium propere
 osius diei, Deo
 elo admodum
 a simul lum-
 nouitate an-
 tu sentire ob-
 intuētur hinc
 , quem nate
 ndi. Accedit
 um, & inde
 atem tempore
 m virum eius
 ofecuti: pro-
 nt. Dehinc
 ti forma nū-
 e regeneratus
 neris infan-
 tus est, quibus
 ui corripuit
 ortus, vsque ad
 itur. Sed cum
 , & combus-
 salute, morte
 er omnium o-
 cunctisq; sta-
 m, pro redēda
 di.

hū fanitate, Deo gratias acturus, impiger tendit.
 Cuius deuotioni diabolus inuidens, simulato ter-
 roriorum canum globo, immani latratu ac ter-
 ribico impetu in eum ruit. At ille, inuocato Chri-
 sti nomine, signo se sanctæ Crucis armauit, arre-
 mque, quæ sortè in via iacebat, virgulam con-
 ra illorum malignorum incurfus vibrauit: om-
 nesque instar sumi dissipauit, & in effusam fugam
 compulit. Post hæc ad ecclesiæ ianuas veniens,
 om vndique obseratam inuenit. Huc igitur il-
 lique deambulans, scalam ad parietem templi
 rectam offendit, quam nescienter ascendens, at-
 que ad fastigium ecclesiæ ascendendo pertingens,
 nullum, quo ingredi posset, aditum reperit: in-
 que statim ex altera tecti parte descendere coe-
 lit. Deus autem qui delectabatur innocentia cor-
 di eius, viam inter inuia ipsa disponebat gressi-
 bus eius. Tunc repente Angelicō ministerio sub-
 ius intra ecclesiam omni ex parte clausam, co-
 m altari depositus est. Cuius rei euentum, qui
 eum egredientem secuti fuerant, contemplan-
 tes, fidele testimonium diuino miraculo perhi-
 serunt.

Intercæ adolescentiæ decus Dunstanus induere
 cepit, cum morum grauitate & sapientia cun-
 ctis admirabilis, in sortem Domini transijt, sacris
 que initiatus, omnibus mundi oblectamentis cal-
 lis, laudabilem Deo seruitutem exhibuit. Vide-
 ritur illum in fouendis pauperibus esse affi-
 ciosum, die nocteque precibus vacantem, medica-
 mentibus & diuinorum lectione librorum sedulo
 incumbentem. Audita inter hæc fama venerabi-
 li Athelmi Cantuariensis Archiepiscopi, patrui
 sui,

Proffigat de
mones.

Vide miracu-
lum.

Minores et
dines acco-
pi.

In aulam re-
gis Angliæ
adducitur.

fui, eum adijt, & quò majorem virtutum omnium perfectionem hauriret, sedulus ei adhæsit. Verum cum elapso aliquanto tempore, Pontifex vite eius integritatem animique prudentiâ clariùs cerneret, ipsum regi Ethelstano magno affectu fouendi potiusque studio protegendum cõmendauit. Quem ipse benigna mente, suscipiens, multo sinceri affectu amore percoluit. Dunstanus itaque licet corpore in regia versaretur, mente tamen in cælo degebat & quò labiliùs, inter plurima vitiorum fomenta gradiebatur, tanto firmiùs, ne ab ipsis, aliquo modo deijceretur, præcauebat. Vt autem iners otium omnium malorum sentinam deuiteret, varijs operibus, animum intendebat. Peritia namq; scribendi, pingendi sculpendique, & in auro argenti que quiduis fabricandi ita claruit, vt à multis, quæ maxime admirationi haberetur. Super hæc instrumentis musici generis, quorum scientia plurimum excellebat, non tantùm se, sed & multorum animos à turbulentis mundi negocijs sæpè demulcebat & in meditationem cælestis harmoniæ frequenter concitabat.

Vt sit vsus
musicis instrumentis.

Hæc inter opera sua, à quadam insigni pietate religione matrona, ad horariũ pro ministerio ecclesiæ inaurandum, inuitatus fuit. Accessit matronam Dunstanus, cumque opus in manibus haberet, cythara eius, quam secum fortè detulerat, parua affixa, cœpit per se, nullo hominis acta, harmoniam istâ distinctis vocibus resonare: Gaudent in cælis animæ iustorum, qui Christi vestigijs secuti: & quia pro eius amore sanguinem fuderunt, ideo cum Christo gaudent in æternum. Ad hæc ingens omnes, qui aderant, admiratio commouebatur & oculis menteque ad cytharam intenti assidue

Nota miri
quiddam.

cordarum vocem captabant, Dunstanus vero cy-
charam istam, verè angelico modulamine admini-
stratam, ita accepit, quasi ex sensibili Dei præsen-
tia, quid sibi deinceps agendum foret, doceretur.

His ita constitutis, qui primò virum Dei arden-
tiori amore complectebantur, tunc, mutata volun-
tate, prouectibus eius inuidere, & sinistris eum ar-
bitris vt calumniati sunt: feceruntq; dissipato ne-
quissimo rumore, vt ipse rex & multi ex primori-
bus eum auersarentur: caneq; peius & angue odi-
t. Quod Dunstanus aduertens, malignorum ho-
minum iracundiæ cessit, regiaque relicta, ad cognã-
tum suum Elphegum Vventanum episcopum, co-
magine Caluum, profectus est: Præfatæ autem,
salutis cõmentores, comperto eius discessu, viam
obidentes, eum interceperunt, equoque deiectum
inle mltarunt, multiq; affectum iniurijs, acri-
ter flagellatum ac vincitum, in horridum cœnum
precipitatum reliquerunt. Ne autem penitus peri-
reteretur, impedimento fuit ingens quædam molo-
rum multitudo; quæ, ex insperato, in eos, horri-
biliter irruens, adolefcentem defendit. Pro-
pitijs dehinc venit ad memoratum antistitem, exi-
tate religionis & pietatis virum, cuius consuetu-
dine ac familiari colloquio permotus, de monasti-
ciæ vitæ instituto amplectendo, secum pertractare
cepit. Nec multò pòst, cum antè, magno impetu,
vulscenda vxore cogitasset, carnalibus funditus
renuncijs illecebris, perpetuam Deo de Christi-
tate consilijs, castitatem deuouit, monasticæque
vite propositum amplexus est: ac legitimo deinde
tempore, per canonicas sacrorum ordinum succes-
siones, & iam ad sacerdotij gradum, ab eodem an-
tistite euectus est.

Patitur ob-
tractores.

Ab æmulis
multa pati-
tur.

Canes cum
tuentur.

Vouet casti-
tatem.

Fit Sacer-
dos.

Tz 5

Tùm



In arctissi-
mo degit de
mucilio.

Tum verò totus Christi amore inflammatus, ad
ædem Glasconiam, Virgini Matri sacram perrexit:
ibidemque domicilium, longitudine quatuor non
amplius pedum, latitudine vero duorum cum di-
midio, sibi construxit. Altitudo autem staturam ho-
minis non excedebat. In eo igitur, ut vni Deo per
omnia placeret, psallere, orare, manibusq; strenue
operari non destitit: prorsus ut pijs eius exercitijs
aduersarius inuidens, insidias ei struere aggressus
sit. Quadam enim vice, humana specie tectus, sine
strâ ipsius astitit: obnixè ab eo nescio quid operi
postulâs. Ille pietatis affectu motus, intermissis hu-
quæ faciebat, ad satisfaciendum postulanti se para-
bat. Sed mox ex formæ verborumq; mutatione, do-
monem esse depræhendens, sumptis tenaculis ho-
titer ignitis, monstrum per nasum arripuit & in-
cristissimè tenuit: ac postremò, summo notatum de-
decore, à se abegit. At ille deiectam suam superbi-
am non ferens, querula, per plateas, voce curruat
illatam à Dunstano iniuriam vindicare nitentibus
sed mox ab omnibus cognitus, ingenti foetore reb-
cto, prorsus euauit. Ex eo tempore, tanta contra
munditia & corporis pudicitia in Dunstano cla-
ruit, ut omnes, qui vitam eius nouerant, Anglorum
similem iudicarent. Vnde complures vtrinque
xus homines, quotidie, ad eum confluere, & de salu-
te consulere cœperunt: quos pijs monitis sanoque
consilio ita instituit, ut maximo se affectos bene-
ficio singuli gauderent.

Egregiè tra-
ctat demo-
nem ipsi il-
ludere volâ-
t.

Interea Ethelstanus rex, regio munege simul cum
vita persunctus, Edmundum fratrem successorum
reliquit: qui missis ad Dunstanum nuncijs, eum in
regno, à consilijs habere voluit. Non recusauit
sanctus, sed eius se, libens, salua tamen ordinis re-

erentia, imperio subiecit: tantaq; foelicitate, con-
 ilio, & virtute, regni gubernacula direxit, vt non
 modo vulgus, sed Rex ipse eum sine fine coleret:
 nihilque praeter eius voluntatem attentare praesu-
 peret. Sed his foelicibus rerum successibus rursus
 incitatus demon, primùm dolo cuniculisque, de-
 inde irruptione & aperta vi, in eum grassari consti-
 tit. Itaque per idones malitiæ suæ ministros, non
 illum de pristino eum honore deiecit: sed etiam
 regi proceribusque inuisum, curia depulit. Sed ac-
 cide deinde die tertio cum Rex in syluam vena-
 tum abiret, vt equo, per montis altissimi præcipi-
 tu ruente, in vltimum vitæ discrimen veniret:
 atque, desperata salutis spe, trepidaret, occur-
 runt animo eius, illata Dunstano iniuria. Itaque gra-
 vissima ab imo cordis trahens suspiria, celeri spon-
 te, si præsens mortis periculum euaderet, pro-
 strata, se optinam cum Dunstano in gratiam redi-
 tum. Exaudita fuere continuò à Deo preces: equus
 illicò subsistens regem à periculo subduxit &
 credibili gaudio ex insperata salute exultantem,
 in vltimum deuexit. Tum verò Rex adunatis in aula
 principibus, cuncta quæ acciderant exposuit, &
 Dunstanum in pristinos non modò honores resti-
 tuit, sed amplissimo quoq; fundo, in quo natus erat
 constituit: vt de eo, pro libertate arbitrij sui, dispo-
 neret. Itaq; Dunstanus, cui præcipua animarum cu-
 ra sub pectore, viuebat, locum illum diuino cultui
 consecrauit: regiaq; adiutus liberalitate, magnum
 numerum congregauit; quibus ipse Abbas
 præfuit, & paterna plusquam benignitate, mirabi-
 liter profuit. Et quia omnium salutem ardentè ex-
 celebat, sic suos disciplinis informabat: vt in-
 numerabiles ab eo prodirent, qui collapsa per
 Angli:

Regi Edmū-
 do egregiā
 se exhibet
 adiutorem,

Opera obtre-
 datorum à
 regis aula
 pellitur.

Rex in sum-
 mum peri-
 culum addu-
 ctus, vt eua-
 serit.

Extruit mo-
 nasterium.

Angliam pietatis fundamenta, & collabantem ecclesiam statum fulciebant. Factumque est, ut sic, quod supra diximus, ex cereo matris totus Ecclesiam conuentus lumen amissum recuperavit: ita et hoc loco ipsius Dunstani doctrina instituta, omnes ecclesiam Angliam veram religionis lumen suppleserunt.

Dæmon variis modis orationes eius impeditur.

In hoc Diabolus solitis inuidiam stimulis excitatus, cum aperta vi fraudibusque eum delectatam sancto ramque felici deurbare non posset, potius hoc saltem viribus anoisus est, ut puritatem orationum eius mentisque splendorem impuris cogitationibus obscuraret. Unde in lupi & vulpecule interdum effigiem demutat, horridus apparetur & varijs anfractibus & iocosis motibus animum mentemque eius dissoluere nitentur. Sed finem per cum dedecore repulsus, nouamque potius in die gloriosi triumphum materiam Christi militi suppeditauit. Die quodam ad Edmundo rege ad conuincium inuitatus, in medio itinere dæmonem sibi obuiam habuit, qui mimo similis, coram eo ludens, subsilire, & multis modis lætitię fręna laxare cepit. Cognouit protinus, diuinitus edoctus Dunstanus, quid sibi illa intepetiuam inimici gaudia vellent. At itaque spiritu prophetico: Rex noster, mortuum proximum, multis regnum tempestatibus obscurum successorum relinquet. Quam sententiam, die optimo, veritas subsecuta est. Regi namque, in aetate suis miserè interempto, Edredus frater successor, vir pietate & prudentia egregius: qui, præter speciem omnium iniquam, pari amore & honore Dunstanum amplexus est: prorsus, ut antistitem eum multis modis create intererit. Sed vir sanctus, ut ab omni honore plurimum semper abhorruit, ita etiam

Prophetia eius Edmundi regis cades.

Episcopatum recusat.

ignitatem constanter recusabat. Inreze2 Edredus, aduersa correptus valetudine, Dunstanum in monasterio suo tunc temporis degentem, per nuncios ad se vocauit. Qui cum ascenso protinus equo, ad regnum festinaret, in ipso itinere, vocem caelitus lapsam audiuit: Rex Edredus in pace quiescit: namque ad eum vocis sonitum, equus, cui vultus videbat, humi corruens extinctus est.

Edredi regis obitum scelericem diuinitus cognoscit

Post Edredum, Eduinus Edmundi filius omni prudentiae inops & rerum gerendarum plane exers, regni gubernacula, foelici parum omine suscepit. Mentem namque & corpore iuuenis, per omnia hominum genera vagabatur, & regnum tyrannice opprimebat, suaeque saeuitia & crudelitate, rebus omnibus, tam sacris quam prophanis vastitatem creabat. Gemitat in istis Dunstanus & viam omnium modumque inquirebat, vt regem, tanto mentis agitatae furore, ad sanitate reduceret. sed frustra Rex enim cuncta eius monita repellat, & scelera sceleribus cumulans, quocumque impietatis, nomen eum vocabat, sequebatur. Tum Dunstanus, in ista regia, Glasconiam, ad monasterium suum recessit: atque Eduinus, carnis illecebris inescatus, ad mulierculis, impudico nimis amore, assidue adhaerebat. Accidit autem, die ipso, quo regnum in regemate sceproque donatus, regale totius regni conuuiuium extruxerat, vt post epulas, mentis furore, ad impudicas illas foeminas accederet: nihilque tantorum virorum confessum mentis, honeste parum amori operam daret. Quae cognita, optimates sane indignati, Odone Cantuariensem Archiepiscopum, qui dignitate auctoritateque ceteris eminebat, hortati sunt, vt regem illicito & impudico foeminarum congressu, reduceret.

Eduini regis infans impetium

S. Dunstanus reliquit regia ad monasterium suum abiit

duceret. Sed ille pusillo animo regiam offensam
 pertimescens, se excusauit: regemque publica-
 ficere ignominia, nefas esse dixit. At proceres de
 regis regni que salute solliciti, Dunstanum mon-
 runt, vt eam rem sua virtute ac sanctitate dignam
 exequeretur intrepidè. Tunc verò Dunstanus cum
 summa grauitate ac modestia cubiculum ingres-
 sus, primò asperis sanè verbis, in mulieres impu-
 dicas inuectus, lasciuias earum detestatus est. De-
 indè leni ad regem vultu, voceque conuersus, vt
 se tanti opprobij exortem faceret monuit: ac sub-
 misse, vt secum ad proceres rediret, suaque eos
 presentia exhilararet, precatus est. Qui animi fu-
 rore & vultus rubore peresus, dum se redire
 rum negaret, Dunstanus apprehensa illius manu,
 è medio foeminarum eum abstraxit, impol-
 que capiti eius diademate, ad conuiantes in-
 duxit. Quam ignominiam altera foeminarum
 non ferens, se eam, quouis modo, vlturam, gra-
 rula contestatione, deuouit. Nec quieuit foemi-
 neus furor, malitiaque, antè quàm apud regem
 efficeret, vt vir sanctus, è regni totius finibus
 pulsus, cunctis etiam, quæ in monasterio habi-
 bat, spoliaretur. Tulit eam iniuriã Dunstanus
 mo magno, & in alto diuinæ prouidentie iudicio
 quiescens, Gandauum in Flandriam, abiit. nec
 da interim foemina, eum ubique inquirente, pro-
 culorum priuato lumine, ad ludibrium abduci
 retur. Sed omnipotens Deus qui nunquam
 rum gloriam, iniquis persecutionibus, penitus
 securari patitur: non multò post quosdã magni
 minis Humbre potètes excieauit, qui impij regem
 aut occidere, aut regno priuare moliti sunt: Est
 sum quidem in effusam fugam ultra Thamesim
 pulerunt:
 minarem
 runt. Qui
 per totam
 al Thames
 hic modo,
 te: Thame
 us ita q. pe
 tati restitui
 nem, noui
 eum quo
 exilio reu
 copatum
 a, eius sap
 Interea E
 ma ipsius
 nis da mon
 miseratu
 rum, proe
 ni effudit
 ouit. Post h
 digatis be
 ac pacem
 cto Londo
 rum admin
 te cõpulsu
 corruptis
 ture duxit.
 ue sua eou
 ni pilaren
 ipsi eccle
 eximio vi
 vulgus,
 solutos cle

Vide S. Viri
 celam.

Dunstanus
 proferibi-
 ur.

Abit Gan-
 Segum.

pulerunt: sceleratam vero meretricem eius, iuxta
 civitatem Glauuonensem, mala morte perdidit. **Eccē tibi v-**
 Quibus patris, Edgarum fratrem illius, su- **tio diuina**
 per totam terram, à prædicto Humbrae fluuio, vig- **in impium**
 ad Thamesim flumen, regem fecerunt: regnum que **regē, & scer-**
 hoc modo, quod prius vnum erat, in duo diuisum **tum impu-**
 ad Thamesi suo illud alueo disterrante. Edga- **rum.**
 rici q; percepta regali dignitate cōuulsum regni
 restituit & obscuratam religionis pietatisq;
 nouo virtutū splendore, reformauit. **S. Dunstanus**
 quosq; missis in Flādriā nuncijs, honorificē **reuoctor**
 exilio reuocauit: & ad VVigorniensis ecclesie e- **in Angliam**
 piscopatū, quanquā inuitū, euexit ac se suaq; om- **& Vigornā**
 nia, eius sapientia & consilio moderanda, cōmisit. **ensis Episco-**
 Interea Edwinus vitæ præsentis subtrahitur est, & **pno creatus.**
 anima ipsius, Dunstano precibus intento, à teter-
 nis demonibus euestigiò præsentata. Cuius pœ-
 nitentia miseratus vir sanctus, suarum immemor iniu-
 riarum, pro eius liberatione, immēsos Deo lachry-
 rum effudit imbres, donec se pro eo exauditum a-
 puerit. Post hæc Edgarus totius regni hæres effectus
 diligatis bellis ac seditionib; desideratam diu re-
 ac pacem, in oēs regni partes, inuexit. Exin de-
 Londoniensi episcopo, Dunstano eam quoq;
 administrandam cōmisit: quā summa neces-
 sitate cōpulsus subijt: suoq; exēplo ac vitæ integritate
 corruptis morib; ad verū religionis & iustitiæ
 redūxit. Cū n. clericos ibidē degētes, nec à pra-
 uitate sua eouertere, nec indē, q; potētia & nobilitate
 p̄sillarent, posset eliminare, cōstruxit cōriguū
 ipsi ecclesie monasteriū: in quo, cū suis, tanto
 maximo virtutū oīm splendore, Christo seruiē-
 tibus vulgus, ea virtutum pulchritudine captum,
 solutos clericos contemneret, monachosque
 iudicā-

S. Dunstanus
 reuoctor
 in Angliam
 & Vigornā
 ensis Episco-
 pno creatus.

Edgarus rex
 Angliæ.

Dunstanus
 creatur Lon-
 doniensis e-
 piscopus.

incredibili amore ac honore suscipere: prorsus ut ipsi clerici, propria conscientia testimonio redarguti vel recederent, vel in eandem vitam societatem commigrarent.

Inter hæc foelicissima pietatis quotidiane incrementa, Odo Cantuariorum Archiepiscopus, sua morte, ingentem omnibus Anglorum ecclesiarum ætum intulit: populosque innumeros acerbo dolore percussit. Dumque alius, sede illa primatum dignus, exquiritur antistes, post vnum atque alterum, tandem ipse Dunstanus, vnanimi omnium acclamatione, solus tanto honore dignus pronuntiatur. Et quanquam ipse manibus (quod aiunt) pedibusque, eam à se dignitatem repellere niteretur: petitis tamen acclamantium vocibus victus superatusque, primatem totius Britannia sedem regendam suscipere coactus est. Itaque accepta temporis opportunitate, Romam ad Pontificem profectus est, ut si ei visum foret, stola sui Apostolatus decoraretur. Quod Pontifex ei honorifice ac decemissimè præstitit: & multis magnisque affectibus beneficijs, pastorem eum genti Anglorum ac liberis eorum prouisorem destinauit.

Porro Dunstanus, qua virtute & iustitia, qua pietate & religione, eam sedem administrasset, quæ orationis vis dignè satis explicare poterat. Certè hoc constat, tam excellentibus omnium virtutum meritis eum claruisse, ut tota ipsa Anglia usque hodiè eius sanctitatem miretur, virtutes prodicet, iustitiam & æquitatem laudet; meritoque tam insigni Patrone, gloriatur. Et quidem cum omnia, quæ cum admiranda iustitia & pietatis operatione gessit, explicari nequeant, è paucis, quæ subiicimus, reliquæ metiri debemus. Comes quidem

Fit Archiepiscopus Cantuariensis.

peoprens cognatam suam, illicito sibi matrimo-
 copulauerat, & à Dunstano semel, secundo &
 tertio redargutus, incestum suum diuortio expia-
 nolebat. Qua propter gladio Spiritus sancti, à
 Deo percussus, à liminibus est sanctæ Ecclesiæ
 extrahatur. Qui typho tactus superbia, regem adit,
 Dunstanum immoderate & impie seueritatis
 accusat, regia sanctione, se ab eius tyrannide libe-
 rum constitui; querula voce, precatur & impe-
 dit. Sed Dunstanus qui regis ea in re auctorita-
 tem nihil faciebat, ubi vidit illum, contumaci spi-
 ritu, contra se furere, minarique, omnem ei fi-
 dem communionem, donec à sua prauitate di-
 scerneret, interdixit. Tunc ille immani furore
 percussus, legatos suos Romam destinat, & tali-
 ter assueta quorundam Romanorum corda &
 in suam causam, largo munere, largiori que
 sollicitudine, permutat. Quid deinde? Præsul
 huiusmodi sedis, Dunstano, verbis ac literis, vt
 peccatori condescendat, eumque ecclesiæ
 in integrum conciliet, hortatur, monet, impe-
 dit. Ad quæ Dunstanus ita respondit: Se præce-
 ptis Domini Papæ libenter pariturum, cum illum
 delicti poenitudine ductum, scelus detestari
 poteret. Auertat hoc Deus, dicebat, vt ego, cau-
 tior mortalis hominis, vel pro redemptione
 anime mee, postponam legem, quam seruandam in
 conscientia sua, statuit idem Dominus meus IESVS
 Christus. Hac viri constancia perterritus Comes,
 de illicito coniugio, poenitentia sibi cultum
 docuitque palam, quanti excommuni-
 cationis fulmen, à viro sanctissimo vibratum, faci-
 lis sit. Dunstano namque generale totius regni
 concilium celebrante, ipse suimet oblitus, nudis pe-
 nitentiis,

Excom m-
 nicat homi-
 nem contem-
 maceam.

or dicitur
 sine
 ita

Vide nota-
 bile exem-
 plu publicæ
 poenitentia

Vv

dibus,

dibus, laneis amictus indumentis, virgas manu ferens, Concilio sese medium ingessit: & gemebundus, ante viri sancti pedes corruens, admirando pro-uoque spectaculo, cunctos ad lachrymas provocauit: & ab anathematis vinculo absolutus, fidelium communioni restitutus est.

Alio verò tempore, monetarij tres, cum falsa moneta capti, ad subeundam poenam, hominibus per totum regnum promulgatam, sunt adiudicati. Die ergò Pentecostes, idem Pater, Missarum solennia celebraturus, cum ob diei reuerentiam, statuta Dei populo iustitiam, in alium diem translatam intelligeret, mox ab offerendo sacrificio pedem traxit: negavitque se ante, pro omnium salute, se unum precaturum, quam homines nefarij meritis nas dedissent. Cum enim pauperum viduarum, & pupillorum defensor esset eximius, & singulari patrocinio foueret, palàm denunciabat, Deum ipsum Iudicem, benignas supplicantibus non prebiturum aures, nisi tantum nefas, debito iustitiae gore, expiatum esset. Ea res, quaquam cupiditate plurimum habere videretur, & multi eorum in antistite seueritatem damnarent, Deus tamen præclaro sanè miraculo, quàm sibi ea iustitia gratum esset, declarauit. Nam ut primùm, à peractum sacrificio, inter Missarum solennia, sacras manus tendit, niuea columba, multis intuentibus, de caelo descendit, expansisque supra caput eius alis permanfit, donec sacrificium, non sine maximo lacrymarum imbre, ritè consummatum esset.

Moris erat viro sancto loca sancta, vno tantum fidele comitatus socio, noctu peragere, & se tibi, per cordis contritionem, Deo mactare. Ad id autem frequenter, cum prolixius diuinis inuocatus

Nota seueri-
tatem S. Vi-
ri, in eos qui
monetam
adulterarant.

Columba e-
litus veniens
sacrificatis
capiti insi-
det.

meditationibus, mente, per cęlestia regna vaga-
 tur, vt angelicos cōcentus audiret, & quasi præ-
 santorum choris interesset, res admirandas
 contempleretur: ad eò vt ab ipsa beatissima virgi-
 numerofo virginum choro stipata, summo cum
 ore, exceptus, & ad ecclesiam, quò tendebat, de-
 us fuerit. Hinc visa cognitaq; semel animarum
 pulchritudine, incredibili salutis omni-
 amore flagrare cœpit: prorsus vt volentes, no-
 seq; secum ad regna cęlorum abriperet. Præsi-
 ea tempestate Vventanę ecclesię præsul A-
 uoldus, vir eximię sanctitatis & educatione
 Dunstani, non parum insignis. Is, cū eccle-
 canonicos, per abrupta vitiorum ruere cer-
 neq; posset vllis monitis vel exemplis, homi-
 nis illecebris irretitos ad meliorem frugem
 erere, cunctos, obstinata mente, in scelere per-
 res, de ecclesia eliminavit, ceteros vero ad mo-
 vitę professionem, non inuitos, adduxit: ef-
 vt canonicorum ordo, in verę pietatis domi-
 ac monasterium, mutaretur. Ea re, Clerici,
 cęsi fuerant, offensi plurimum, citato gressu
 adeunt, & iudicium atq; iustitiam de illata
 iniuria fieri postulant. Indicitur, ex regis præ-
 Vintonię, omnium Ordinum concilium,
 us negocij querela determinetur. Surgunt
 ade lites, quas Dunstanus, propositis ratio-
 destruit: docetque clericos, qui à sorte Do-
 per vitę suę prauitatem, dissilierant, ni-
 ex ijs vendicare posse, quę ecclesijs, ad-
 eorum, qui inculpata vitę integritate,
 seruiunt, data sunt. Quibus auditis rex, & ex
 quibus pleriq; ommissa controuersia, concilio
 erunt: sed mox clericorū precibus permoti,
 VV 2 sese

Ecce rem sa-
ne stupendam.

En iterum
rem admira-
randam.

fese deprecatores exhibuerunt apud Dunstanum
vt, vel hac vice, veniam tribuat: eiectosque in pri-
stinum statum restituat. Silet ad ista vir sanctus,
cumque, demisso capite, quid facto potissimum o-
pus esset pertractaret; & reliqui interim, suspensis
animis, ad pontificis responsum aures arrigerant:
ecce subito Crucifixi imago, quæ in edito loco pen-
debat, cunctis audientibus dixit: Non fiet, non fiet.
Iudicatis bene, Mutaretis non bene. Tunc
æto in his vniuerso simul conuentu, intulit hæc
Dunstanus & ait: Quid amplius vultis, fratres
mei? Diuina sententia definitum auditis nego-
um præfens.

Et hoc quidem modo, monasterio eliminato
planè Canonicis, pax concessa fuit, sed non multo
post filij eorum, vt amissam illam in parentibus
suis hæreditatem recuperarent, Bernelinus quædam
admirandæ eloquentiæ virum, magno credito-
rum prætio, contra Dunstanum adduxerunt. Cuius
omnes Clericorum filij, armati rhetore illo, præcipua
victoriæ suæ spe, antiquæ calumniæ iurgio
pud Dunstanum promerent; vrgerentq; vt hæc
ablata restituerentur, vir sanctus: Nolitis, inquit,
calumniam istam, quam mouetis, diuino ore
definitam: & ego iam grandæuus, multisq; labo-
ribus exhaustus, quod reliquum est vitæ, in pace
gere cupio. Hactenus, pro virium mearum fa-
tate, laboranti ecclesiæ opem tulit: modo totum
boris impatiens, Domino Deo causam Ecclesiæ
contra insurgentes hostes, tuendam committit. Dicit
& ecce solarium, in quo consistebant, euertitur:
cidit, omnesq; pariter præcipitados, in suo calu-
modicum læsit. Vbi verò Dunstanus cū suis con-
bat, nulla ruina domus, nullus casus emeruit.

Dunstanum modo omnis calumnia clericorum sopita & in sanctorum monachorum conuersatio adeo stabilita est; vt alijs, eadem vitæ ignominia notatis clericis, de suis ecclesijs eiectis, monachi, in eorum locum substituti sint: adeo vt, aucta per Angliam regione, quadraginta & octo monasteria instituta sint.

Inter hæc, sopito negotio, quod Edgarum regem adematè remorabatur, Dunstanus, cunctis gaudentibus & exultantibus, regni coronam illi impo-
nendo. Ipso autem, à biennio, quo hæc facta sunt, impetu a morte præuento, Eduardo filio suo, totum regnum, hæreditario iure reliquit. Illo verò post quatuor annos, per fraudem nouerca suæ, interfecit Ethelredus filius illius malæ mulieris, matris inimica magis, quàm patris suis solertia prædixit regnū substitutus est. Cuius prouectio, quantum animo Dunstani minimè sederet, ius tamen ei compleuit. Attamen regali solio potitū, quo quodam verborum tonitruo, quia per sancti fratris sui, regnū obtineret, increpauit: & prophetico spiritu, totam illam terram, per pluri-
mula, depopulandam prædixit. Quæ licet se-
uere euentura negarit, euentura tamen esse, ni-
mirum peraci prophetia, teste calamitate præsentis, as-
seruit. Accelerabit, cum sibi placuerit, omnipotens
quam subsecuturam promisit liberationem,
sacri varis sui merita & intercessionem.

Vir sanctus, vt nunquam ferè, in vita, con-
solatione & admirandis visionibus & An-
geli etiam colloquio destitutus fuit: ita affli-
ctus pene dæmonum insultus sustinuit. Et quan-
do sepe sese ab eo victum confusumq; meminif-
ticus, ab eius tamen infestatione cohiberi

48. Monaste-
ria sub Dun-
stano insti-
tuta.

Vir Sanctus,
per omnem
vitam, & dæ-
monum insi-
dias, & cele-
stes consola-
tiones exper-
tus est.

non potuit. Nam suarum artium versutijis confusus, hoc vnum moliebatur assidue, vt saltem puritatem mentis obnubilaret: & efficaciam precum eius infringeret. Itaq; die quodam in vrh efige hirspidus, orantem aggreditur, & hiante rictu, indurgens, horrore sui, ab oratione deterrere nititur. At ille, zelo diuino correptus, arreptum baculum, quod manu ferre solebat, in hostem vibrat, eumq; caedendo tamdiu persequitur, donec idem baculus, in tres partes comminutus, confringeretur. Inde verò alium sibi scipionem confecit, in cuius summitate argento egregie decorata, dentem Beati Andree Apostoli, quæ singulari honore, in omni seculi per vita coluit, inclusit. Et quidem in ijs sanctissimi Apostoli reliquijs, tantum, contra malignorum spirituum incurfus, munimen sensit, vt denique congressum formidarent, oblatamq; vltro pugnare detrectarent.

Nota vim re-
liquiarum.

Itaque deuexa hoc modo atate, post plurima dæmonum certamina, Christi auspicio, foelicitate superata, post multa, ab inimicis, propter pietatis studium, intentata pericula, post præclara sanctitatis suæ testata miracula, diuinitus, de obitu suo præmonitus, suauiter ex hac vita excelsis & angelicis eum choris ducentibus ad Christum migravit.

Fœlicissimè
migrat ad
Christum.

Postquam verò vinculis mortalitatis solutus est, miracula, quæ in vita patrare cœperat, maiorem longè lateque de se splendorem decurrunt: quin & nouis ad eò coruscant, vt apertè quæ sanctitatis meritique apud Deum esset, lucidissima clariùs, testarentur. Cæci tres, non sine proxima astantium admiratione, lumen ad eum obtinuerunt, adepti sunt. Paralyticus quidam, præter

Miracula
post obitū
eius.

...tatis & diuitiarum gloriam, presbyterij etiam
 more clarus, hortantibus amicis, vili turbę admi-
 nis, confestim sanitatem consecutus est. Sed is i-
 cum instructo amicis & vicinis conuiuio, vt
 nis salui congratularentur, inter epulas illi Deū
 ararent; quod potentes non abijceret, sed inter
 nes & pauperes ipsis quoq; gratificaretur; presby-
 ter, superbię spiritu tumidus, negauit se instar, in-
 a Dunstano curatum: quin inquit etiam, sine
 nstano, mihi salus restituta fuisset. Vix ea verba
 ler compleuerat, cum ecce pristinus morbus re-
 & acerrima vi animam infelicem, ab ingrato
 nato extorquet. Ea res effecit, vt metus & re-
 nentia erga beati viri sacras reliquias excresce-
 multi que ex longinquis locis eo confluerent,
 vt morbis liberarentur, tum vt eius intercessi-
 ueniam obtinerent peccatorum. Plurima in-
 ter, diuina virtute, edidit miracula, quę nos, ne
 a prolixitate lectorem oneremus, prętermit-
 tio, fecerit.

VITA S. PETRI DE MORONO, QVI
in machoreta, summus Pontifex creatus, dictus est
Celestinus quintus. ex ea, quę est per Reuerendissi-
mo D. Petrum de Alliaco, Cardinalem Camera-
ryensem scripta. Claruit Anno Domini 1294.

...etrus vir eximia virtute, in Aprutijs, in parti-
 bus Italię natus, spiritu quàm carne, & animo
 quam origine nobilior, patrem habuit Ange-
 qui ex Maria, coniuge sua, instar patriarchę
 filijs duodecim à Deo ditatus, parem cum
 Patriarcha Deo seruitutem exhibere stu-
 Vacebat sedulò pietatis operibus &
 Vv + quan-

19. Maij.
 Parentes
 eius.

quantum per facultates licebat, curandis pauperibus, assiduo operam dabat: & sine intermissione, multis gemitibus & indefessis orationibus, verum ex omnibus filiis, diuino seruitio dignum eligeret, postulabat uterque. Nec sua fuere spe frustrati. Nam ex duodecim fratribus velut alterum Ioseph à Deo singulariter dilectum, diuina providentia, multis indicijs ac signis mirabilibus declarauit.

**Dæmonis
aduersus est
machinamē
ta.**

Defuncto patre, mater tali prole beata, filium hunc suum studio literarum tradidit. In ea austera nocte, qua puer literis incumbere cœpit, defunctus pater, cuidam in somnis apparuisse visus, monens hortansque, ut matrem incitaret ad filium omnibus maximarum artium disciplinis imbuendum. Nec hoc sine numine diuino factum esse credendum est. Nam humani generis inimicus, hostibus huius pueri successibus, inuidens, per se suosque ministros, sanctum matris conatum impugnare conagebat. At constans ac fortis mulier, à suo se proposito diuelli non sinebat. Interea puer ut primum literis à limine salutis, mentē vocemque ad orationem formare didicit, aspectu imaginis Christi, in cruce sublatis, mirum in modum delectari cœpit. Cumque puerili simplicitate ardētius interdū obuiam in eam speciem defigeret, virginēque Matrem & Iosephum sub Cruce stantes cōtemplaretur: visus sibi videri est Apostolū, (præcipue si quid eo die correptione dignū admisisset) ad se venientē, monentēque, ut moremque cōponeret & Christi vestigijs sedulo adhereret. Indē paulatim culmen perfectionis ascendens, tota mente, die nocteque, cælestia prætractare cœpit: & matri, signis minimè dubijs, spem quæ de eius ceperat, certam ostendere. Porro cum puer ad octiduum annorum, ligno præacuto, in dextero oculo

percutus, excecatus fuisset, mater à medicis de-
lita, ad quandam B. Virginis ecclesiam, cum fi-
lio pergens, totam ibi noctem in sacris vigilijs ac-
precibus exegit: & mane oculum filij sanum & in-
columentem reperit.

Itaque puer sanctus, vt primùm adolefcētia an-
nos attingit, incredibili amore solitudinis & eremi-
cæ vitæ flagrare cœpit. Et nè qua dæmonis frau-
de circumueniri posset, Romam priùs adire decre-
uit, vt consiliū ab ipso Pontifice, sanum saluber-
numque acciperet. Solus igitur, omni humano
fretus confortio, iter aggreditur, in quo, post
multos labores, terrores atque pericula, ad mòrem
quendam peruenit, vbi, omisso Romani itineris pro-
posito, parua corpusculo suo aptam, formauit fo-
ram, in qua annos tres, in summa admodum vita
solitudine peregit. Hoc ergò in loco, inter multas
diuinae bonitatis consolationes, mirum quantas in
eius conuersionis principio, diabolicæ malignita-
tis perculerit insidias: & quàm inuicta virtute, in-
uictus inimici repulerit. Exacto autem illo anno
in spatio, Romam perrexit, vt sacerdotali bene-
ficio ac beneficio dotatus, multo virilius, pro
salutem aliorumque salute, contra hostem decertaret.
Iste sacro presbyterij affectus munere, mox ad
montem Muronis abiit, vbi in crypta quadam, an-
no quinque, angelicæ vitæ puritatem amulatus,
vixit. Cumque degens ibidem omnium terrenarū
vitiarum & corporis etiam consuetudinis oblitus, in-
ter, magis magisque cælesti splendore illumina-
retur, sentiretque interim humanæ carnis fragili-
tatem spiritui obluentem, & interdum noctur-
nis pollutionibus necessariò succumbētem, animo
inmensè angere cœpit, an deinceps sacrosancta

Oculus eius
latus diui-
nitatis cura
tur.

De vitæ so-
litaria desi-
derio & ab-
iitione eius
ad eremum.

Degit trien-
nio in sol-
ludine.

Romæ Sa-
cerdotio
initiatum.

Moleste
scrupulo-
rum eius.

immaculati corporis & sanguinis Christi mysteria offerre deberet. Ea fluctuatio cum in dies vehementer eum perturbaret, putaretque iam profus numerum sibi divinum gravissimè offensum, iterum Romam petere decrevit: ut contractas pillam carnis fragilitatem animi, ut ipse existimabat, labes dignè expiaret: simulque consilium peteret, quod post nocturnas pollutiones faciendum esset. Ecce autem, nocte illa, quae itineris, propositi die praecedebat, visus ei in somnis ipse Christus assistere, quod vana illos conscientiae stimulos à malo spiritu fraudulenter immisos, sustulit: docuitque ac monuit, propter innatam corporis consuetudinem immunditiamque, quoad illis illecebris animus repugnat, à spiritualium exercitio mysteriorum ne utique cessandum esse.

Hac igitur infelici laniantis conscientiae miseria ac poena liberatus, magno est gaudio delibutus: ut praecliora de hoste trophaea erigeret, vastiores expetens solitudinem, ex Muronis ad Magallanem se transtulit; in quo novas variasque demum insidias rursus expertus, gloriosum semper triumphum de hoste reportavit. Nec desuere, in medijs procellis angelicæ consolationes, spiritusque caelestes, qui appositis dapibus, illi ministrarunt: & ingenitum perfusum gaudio recrearunt. Nec mirum sane, admodumque diuinis assueverat alloquijs, ut corporeo cibum & cibo potumque planè neglectis, dies noctesque precibus & hymnis & diuinis meditationibus iugiter, & fatigatos vigilia cadentesque oculos, tandem in opere contineret, quoad somno & lassitudine oppressus, ubi fors ferret, tandem aliquando succumberet. Et quam exhausta ieiunij membra promptissimè spiritui obtemperaret, ne tamè insurgentes interdum rebelles carnis motus, tranquillum animi statum labefactarent, asperrimo corpore cilicio domabat, caetera

Migrat ad
montem
Magallanem.

Summa vitae
eius austeri-
tas.

naq; ferrea, lasciuientes lumborū mot' cōprimebat,
 Igitur cū tantus hic virtutum splēdor, & ruti-
 lans charitatis flāma vim suam longē lateque exer-
 ceret, multos ad sanctæ vitæ societatem suiq; imi-
 tationē allexit: adeo vt noua quotidie fratrum mul-
 tudine ad eū confluente, varia pietatis domicilia
 extruxerit, & præclare admodum, contra dæmonū
 insultus & graue paupertatis onus fratres suos ca-
 lesti cōsolatione tutatus sit. Et ne pusillus grex, quē
 incertitatis exēplo & verbo, Christi ouili aggrega-
 uerat, dispersus aliquando periret: eum in Lugdu-
 nensi Concilio, sub Pontifice Gregorio, eius nomi-
 nis decimo, confirmari postulauit, impetrauitq; vt
 sub Benedicti Regula, quæ multorū vitijs tunc ob-
 scurata iacebat, ordo sacer in ecclesia Deo milita-
 ret. Itaq; religione eius per Pontificem cōfirmata,
 innum ad salutem omniū sedulo promouendam
 applicit; breuiq; admodum sex & triginta loca Deo
 dicauit: in quibus sexcēti serē fratres, varijs virtu-
 tum & bonorum operū exercitijs insudabant. Iam
 retro quot animas ē diaboli faucibus extraxerit,
 quot à via prauitatis ad rectam virtutis semitā re-
 uerit, nullis verbis explicari potest. Et quis beni-
 gnatū studium, q̄ in pauperes impēdebat, expri-
 mere valeat? Cuncta quæ possidebat, pauperū esse
 patrimonio dicebat. Nam vt inopibus alimēta, do-
 ces virginibus, remedia infirmis & oppressis sub-
 stantia largiretur, oues & boues, argenteos calices, &
 caricas vestes, & alia denique preciosa ecclesiarum
 ornamenta distrahebat: quod miserorum inopiam
 releuaret. Cū aut tanta sollicitudine morituræ
 curæ succurreret, tū verò animæ multo sollicitius,
 pabulum ministrabat. Et quanq̄ magna lite-
 rarū sciētia præditus nō esset, diuino tamē illu-
 stratus lu-

Ordo Cæles-
 tinorū in
 Lugdunensi
 Concilio
 sub Grego-
 rio decimo
 cōfirmatur.

valde pro-
 ficat.

Benignitas
 eius in pag-
 perca.

tus lumine, cunctos saluberrima informabat doctrina, & innumeros sui imitatione ad virtutum opera prouocabat. Hoc autem de eo admiratione dignum narratur, quod nullus erat tot vitiorum laqueis irretitus, aut tantorum peccatorum pondere pressus, qui ex facie illius conspectu, verbisq; melifluis, ad conscientie compunctionem non rediret,

Efficacia sermonis eius.

& ingenti consolatione perfructus, ab eo recederet. Et quia maximus quotidiè populi concursus ad eum habebat, qui sermonis eius dulcedine frui cupiebat, alibi locum ab omni hominum familiari accessu remotissimum expetiit, qui in montis Magellæ vertice situs, vel solo aspectu, cunctis horrorem ac formidinem incutiebat. In quo cum plurimis item miraculis inclaresceret, eo relicto, iterum ad Muronis montem rediit, ut ibidem vltimum vitæ actum, in omni sanctitate transigeret. Sed cum ibi per anni & mensis vnus spatium habitasset, fuit ad noui certaminis campum euocatus.

Reuertitur ad montem Muronis.

Nam cum Sedes Apostolica ab obitu Nicolai Papæ Quarti, propter Cardinalium discordiam, biennio & amplius, pastore viduata fuisset, vnus eorum, qui primæ vocis honore fungebatur, in medio Patrum consessu, Petrum de Murone in summum nominauit Pontificem. Ad quam vocem ceteri honesti pariter in electionem consenserunt. Cuiusque populus vniuersus, de hoc eius honore lætus, prosiliret, ille incredibili mœrore repletus, indignum se tanti honoris titulo clamabat. Et quia multis obtestationibus ac lachrymis frustra à se repellere nitebatur, spem omnem, in salutari fuga, quâ vnico cum socio clam meditabatur, constituit. Verum subita populi multitudine circumuentus, cum iam euadendi spes non esset, summum illud hono-

Eligitur in summum Pontificem.

Fugam capessit, sed retinetur.

quam solitudinē repedaret. Quid plura? Cū ipse
 annis quasi dimidio, non sine magna laude, Apo-
 stolicā Sedē praeuissit, tandem in Vigilia S. Luciae, de-
 positis pontificalibus insignibus, de alta Petri Sede
 descendens Caelestinus, ut caelestem sedem cōstiteret,
 ad pedes eorum, quibus praeuierat, humiliter

**Abdicat se
 Pontificatu.** Petrus prosternitur: nec prius ē terrae puluere (ra-
 rarum humilitatis exemplū) surgere uoluit, quam
 istius honoris compedibus solutus, uocē suae
 fieret. Hæc dum fierent, multiq̄e dubio mentis iudicio
 fluctuarent, inter laudem & admirationem ipsius,
 diuinum uumen præclaro miraculo animi eius
 altitudinem, terrenarumq̄ rerum cōtempnū comprobauit.
 Nam cū post Missarum solennia, quidam claudus,
 contractis membris, sese ad pedes ipsius prosterneret,
 acceptā ab eo benedictione, sanus erectus est.
 Hoc igitur honore, uelut onere mortifero depulso,
 ad suauē Christi iugum in prolixa solitudine ferendum,
 lætus redire saragebat. Sed cū iam magna propter
 adeptam libertatem, lætitiæ spiritalis signa oculis
 ac frōte gēstaret, maior tēpestas, uide minime
 putabatur, subito oborta, tetra eandē caligine inuoluit.
 Bonifacius namq̄ ei in Sede Apostolica, nō sine
 ambitione successerat, terribilibus ei uerbis
 præcepit: ne pedē foras efferret. Timebat enim
 ne forē uir sanctus à deo sibi populo, tanq̄
 Summus Pōtiffex coleretur: & uniuersos honores,
 vni Apostolicæ Sedē debitos se abspōraret.
 Sed Caelestinus optimo cōscientiæ testimonio
 fretus, eaq̄e sola comitatus, reliqua curia,
 clam abscessit, & gaudens atq̄e exultans, priuam
 uitæ consuetudinē repetiuit. Et ne quis eā fugā
 inobediētiæ aut alterius culpæ uiam esse crederet,
 Deus iterū testato miraculo eā cōfirmare dignatus
 est.

**Bonifacius
 Pontifex eū
 persequitur** q̄ ei in Sede Apostolica, nō sine ambitione
 successerat, terribilibus ei uerbis præcepit: ne pedē
 foras efferret. Timebat enim ne forē uir sanctus à
 deo sibi populo, tanq̄ Summus Pōtiffex coleretur: &
 uniuersos honores, vni Apostolicæ Sedē debitos se
 abspōraret. Sed Caelestinus optimo cōscientiæ
 testimonio fretus, eaq̄e sola comitatus, reliqua
 curia, clam abscessit, & gaudens atq̄e exultans,
 priuam uitæ consuetudinē repetiuit. Et ne quis
 eā fugā inobediētiæ aut alterius culpæ uiam esse
 crederet, Deus iterū testato miraculo eā cōfirmare
 dignatus est.

Signo Crucis sanat paralyticam.

est. Nam in via mulier quædã filiam suam vtriusq; manus officio destitutã, ei sanandã obtulit: quã solo Crucis signo itã sanã & incolumẽ reddidit, ut cæcis dieb' vitæ suæ de pcepto beneficio gauderet.

At Bonifacius tumore adeptæ gloriæ turgidus, timore amittendæ turbatus, missis idoneis viris è naga eum retrahere, & volentem, nolentẽ, ad se adnecere præcepit. Ipse verò quãquã corporis viribus destitutus, & propter vltimam senectutẽ, ocio quieti, quã itinerum labori habilior, ad partes puliz in obscuram syluam, per loca abscondita & ignota, vno tantũ fratre comitatus, latitandi causa, agere cogitur. Cũ autem nec in illis quidẽ paratius occultari posset, mare transire disposuit: sed iam per 15 milliaria, prospero malè vëto nauigafit, ad terrã iterũ appulsus, iuxta ciuitatem, cui nomen Vestia est, applicuit. Ibi verò, cũ circa maris oras, tranquillũ nauigandi tẽpũ expectaret, ciuitatis illius gubernator, captũ eum detinuit, ac Pontificis iussu Romã destinauit. Quacunq; autem iter inchoabat, inges populi multitudo, nõ secus ac Põtifici occurrebat, tantoq; honore excipiebat, vt nõ in media, iter aggredi cogeretur, nè de die populi circumcircaudatus, Põtifex ab omnibus acclamaret. Nec deerant, qui viro sancto persuadere conantur, vt denuò Pontificiã sibi dignitatẽ vëdicaret, cuius legis diuinis pariter & humanis, renũtare minime potuisset. Ipse verò cõstantis animi, semel atq; iterũ ac sapiũs interpellat°, firmus proposito persistit: asserens si nõdum ea solutus esset, oem moturũ lapidẽ, quò eadẽ demũ solui possent. Postquã igitur ex regno Sicilię in Campaniã abiit, fuit, Bonifacius, spreto Cardinaliũ cõsilio, quã tantũ, tãq; præclaris vbiq; miraculis coruscantem,

Captus vñ sanctus & Romã mititur.

capitulum

In castro Fumonis vir sanctus detinetur.

tem, ad solitudinis quietem remittendum esse pronuntiabant, propriæ crudelitatis vsus consilio, in turri, ad Fumonis castrum, fortissima eum reclusit, adhibitisque triginta & sex custodibus, omni humano solatio & colloquio destitutum, arctissime seruari præcepit. Quinquam autem tanta esset loci illius angustia, ut duo illius fratres, qui propter rem diuinam ritè peragendam, ei concessi fuerant, eas nullo modo ferre valerent, indeque graui languore oppressi, egrederentur; vir sanctus tamen non solum patienter, sed etiam gaudenter, huius carceris ignominiam, multo magis, quam antea Papalis aulae gloriam sustinuit.

Obitus viri sancti.

Postquam autem fidelis athleta diu ac legitime certasset, & annos quinque & sexaginta, inuictissimi robore, huius vitæ labores pertulisset, post decimum, in eo squallore mentem fortiter exaltans sanctissimum Deo spiritum tradidit: cuius venerandum corpus, debito cum honore ac celebritate, à Bonifacio, in eodem S. Antonio de Ferentino translatum, ad maius altare sepultum est. Et quia eius sanctitatem eximiam, omnipotens Deus, in vita, ita etiam post mortem, multiplici miraculo comprobauit: anno restauratæ salutis 1373, ab eodem autem transitu 11, Clemense eius nominis quinto, propter admirandam eorundem claritatem, quæ oculis hauriebat, sanctorum Confessorum catalogo eum, magna cum celebritate annumerauit: quæque annuâ festiuitatis diem, 14 Kal. Iunii instituit, qua, post huius vitæ ærumnâs, in Christi pace felicissime quieuit.

Sanctorum catalogo ascribitur.

VITA S. IVONIS PRESBYTERI ET CONFESSORIS, omnium Iurisconsultorum Patrum



ideoq; tanto studiosius ab eis colendi. Relatus est in numerum Sanctorum à Clemente Papa Sexto, anno Domini 1347. hac ipsa die.

19. Maij.

Vo tempore mundus insolitis quibusdā tenebris ac procellis agitabatur, & in magnū salutis periculū adductus, propter impunitatem flagitiorū omnium licentiam, periclitabatur: opportunè nouus quidā splendor diuinæ bonitatis Britannia minore exortus, horrendam caliginem dissipauit, & gratū adē pietatis ac religionis iurātulit, vt hoc ipso tempore, quo rarius, tanto uociosus & admirabilius omnium in oculis fit; ab omnibus Iurifconsultis (quorum est Patricius) studiosè colendum, vt eodem pietatis officio facili atque expedita uia, eandē cælestis gloriæ coronam consequi mereantur. Fuit autem hic Iudæus sanè natalibus, patre Aheloro Cancieri militis, matrè uerò Azona ortus. Et quidem antea in lucē ederetur, in pagō S. Martini, non longe à urbe Trecorensi, multis & admirandis sanè, uisum secundum quietem uisionibus ostēsum fuit, ut inter mortales miraculis coruscaret: & suæ uirtutis exemplo, uerā solidāq; pietatis fundamētā uicinis collapsa restauraret. Quod quā uia modò operfecerit, dignum est, vt attentissima mentis consideratione perpēdamus. A primis ætatis annis supremum vsq; uitæ diem ita rationis habenas ueratus est, vt uix unquā uel minimum quid inuigilet, quod eius animus, turbulento motu cogitaret: uel ad huius mundi honores carnisque illucris se stādas impelleret.

Parentes eius.

Ubi ad quatuordecimū plus minus ætatis peruenit annū, Parisios profectus est, vt parentū amicisq; uariis destitutus solatijs, liberius ac solutius

Parisijs dat operam litteris.

xx
tius

tius sese, quoad fieri posset, a flagitiosa corporis
 consuetudine abduceret: mentisq; aciem in cælesti
 splendore intederet. Postquam autem animo
 omnibus bonarum artium disciplinis egregie imbu-
 isset, Lutetia Aureliam se contulit; ut iuris Pontificij
 & sacræ Theologiæ studijs sese traderet. Vbi sane
 & laucioribus ferculis, vitæq; huius oblecta-
 mentis & delicijs, quantum potuit, sibi interdixit
 corpusq; suum varijs modis maceravit. Considera-
 bat enim omnem in primis cupiditatis immunitatem
 coercendam, totumq; animum a cõtagio corporis
 auocandum, illi qui cupit in veræ sapientiæ studio
 proficere, & diuinas opes in sacris literis ablatas
 intueri. Cùm autem in his studijs, iam diu, cum
 mediocri laude versatus esset, a quodam Rhedoniensi
 Archidiacono accitus est, ut iudicis ecclesiastici of-
 ficio, apud illũ fungeretur. Ille verò memor
 Propheticæ sententiæ: Beati qui custodiunt iudici-
 um, & faciunt iustitiam, in omni tempore, cum ius-
 titionem gratis in se recepit: & que facienda erant
 benignè, amanter, & absq; dilatione exequi con-
 tus est: nec tamen committere voluit, quin
 Theologiæ prælectioni interesset quotidie, & cor-
 pus suum multiplici abstinencia afficeret. Cùm
 tẽ fractis hoc modo rebellibus corporis membris
 summa cõtentione animi, puritatem conseruaret
 rum verò illa sanctissima placula reputabat, qua
 diuini iuris & cultu & hominũ charitate ac
 uolentia continentur. Itaq; benignè facienti disci-
 plinã colebat assidue, iudiciorũ æquitatẽ sancti-
 mẽ conseruabat, iniuria oppressos subleuabat, pro-
 pillis opẽ afferebat, viduarũ causam suscipiebat
 vt summam concludam, orphanos, afflictos, calu-
 mitosos homines incredibili humanitate & pater-
 nitate

Aureliam
 abie.

Abstinencia
 no, &c.

Psalm. 105.

Iudicis offi-
 cio fungi-
 tur.

vide præcla-
 rum & rarũ
 Jurisconsulti
 officium.

io fovebat. Inter discordes pacem & amicitiam
 conciliabat: & si quando sententia in iudicio pro-
 penda esset, id nō sine maximo lachrymarum im-
 pliciebat. Deniq; vsq; adeo se totū in hæc studia
 mulerat, vt nocte dieque nihil aliud meditaretur
 am vt iudicia, pecuniæ cupiditate corrupta, re-
 meret: iudicesq; suo exēplo informaret, vt pri-
 uū iudicū seueritatē sanctitatemq; imitarentur.
 Interim cū hæc tam admirāda iustitiæ & sancti-
 tatis opinio inclaresceret, fama ad Trecorēsis
 scopi aures perlata est, qui eū donis & ingenti-
 promissis ad se allexit: & iudicē diocēsis suæ
 rale cōstituit. Id officij vir sanctus nō illibēter
 nū, dona verò & promissa contēpsit. Cū autē
 munere strenuē & fideliter aliquādiu versa-
 flet, acriore diuinarū rerū amore inflāmatu, **Abdicat se**
 officio abdicauit, atq; ad ecclesiā de Lohane. **iudicis of-**
 ficio.
 erant moderatores, se contulit, totumq; se di-
 cebus mācipauit: prorsus vt vestibus molli-
 bus, quibus antea pro statū sui ratiōe vsus
 erant, illic abiectis, pāno albo eoq; rudi & exigui
 cōtentus, pauperum monachorū instār scul-
 pteretur. Carnem verò edomabat cilicio, q-
 uo crassissimo tegebat, nē sub cuiusquā cōspe-
 veniret. Porro ieiunia omnia ab Ecclesia in-
 & indicta itā obseruabat vt pane & aqua so-
 citimq; profligaret. In cibatu quotidiano
 & pulmēto vilissimo cōtentus erat. Sōni par-
 tibus in nuda humo cubabat: neq; prius somno
 gebat, q̄ lectione vel itinere fatigatus, neces-
 pprimeretur. Ad hæc incredibili ardore in **Septem di-**
 & meditationib⁹ persistebat, adeo vt quo- **es perpetuò**
 tempore, septem dies cōtinuos omni cibo absti- **orat, nihil**
 g, zelusq; cōsolatione refect⁹, nulla omnino **comedens**

XX 2 perle-

perseuerantis inedia incommodo senserit. Nullo
non die sacrificiam, nisi legitime impeditus esset,
offerebat: nocturnis verò diurnisq; precibus, atten-
tissima cura semper intererat. Quodā die, offerente
illo sacrificiū, cum ex more sacra hostia eleuaretur,
globus igneus, magni splendoris, ipsam ambiens, ce-
liceq; eleuato ac rursus deposito, repete dispansit.

Porro ex hoc tam incenso in Deum amore, ego-
gia nimirum illa charitas in proximos rediit: quos
(præcipue pauperes & egenos) tanto amore
complectebatur, vt quicquid poterat, totum ad
eos conferret. Semper aliquos inopes, mentis
volebat esse participes: & haud secus eos quam
tres suos fouebat. Hominem quendam inopem, cum
vixore & liberis quatuor, nouem plus minusus annis
domi suæ benignè aluit, cunctaque quæ ad vitam
cultumque pertinebant, liberaliter suppeditabat.

Studia erga
pauperes &
peregrinos.

Eiusmodi autē pietatis officijs, ceteras assignat
des, in quibus ijs semper vacare posset. Conuocabat
enim calamitosos omnes, quibus se mire com-
affabilem exhibebat, eorumq; pedes propriis
ebat manibus, appositisq; dapibus eos recreabat.
vt charitati, qua feruebat, abundè satisfacere
sibi vltro res vitæ degēdæ necessarias subtraheret.
& vt pauperibus benignè faceret, vestes & alia
sua illis impertiebatur. Accidit quādoq; quod
summa frumētū charitate, vicarius tantum vicarius
cto panis esset, quē cum pauperibus elargiri vellet.
vicarius eius, ingēti ex ea re molestia affectus, quæ
rulabatur. Tum vir Dei, dimidia parte vicariis
licta, alterā pauperibus distribuit. Sed cū iam
pus eos ad prandiū inuitaret, vicarius dimidia
panem, quem diligenter absconderat, reperire
potuit. Ecce autem, diuino nutu, pia quædam

...ferit. Nullo
 ...peditus esse
 ...recibus, ante
 ...a die, offerre
 ...stia eleuare
 ...ambiebat. et
 ...ete disponere
 ...amore, egro
 ...os redidit
 ...tanto amore
 ...at, totum in
 ...es, mente in
 ...eos quam
 ...i inoperam
 ...s minus
 ...que ad vitam
 ...suppetit
 ...s aliguer
 ...et. Couer
 ...miri con
 ...proprie
 ...s retre
 ...isfacere
 ...s subtra
 ...tes & d
 ...ndog; qu
 ...rum vno
 ...langiri
 ...a affectu
 ...rte victi
 ...ed cu
 ...dimidi
 ...reperit
 ...que d
 ...era

Panes diu
 nitus auge
 tur.

Morbidos
 & dzmoni
 acos curat.

Incendium
 precibus ex
 tinguit.

Aduocatus
 pauperum.

Multos ad
 pietatem
 conuertit.

Crucis &
 gno aquas
 diuidit.



Angelus in
pauperis
forma ei
apparet.

refici & recreari meruerit. Sediti quandoque ad
mēsam, pauper vili indutus habitu & plane, ut vi-
debatur, miserabilis, supplicē se illi præbuit: quem
illico comiter & multa cū humanitate vir sanctus
exceptit, suoq; lateri assidere fecit. Sed cū extremis
vix labijs cibum degustasset, mox à mensa surgens
Dominus, inquit, vobiscum. & ecce, qui visus fue-
rat abiecto habitu & deformis, iam pulcherrimus
multaque luce coruscans & candida amictus veste
conspicitur: qui immenso splendore & iocunditate
animum illius mentemque perfusam reliquit.

Sanctissime
obit.

Tandem multis ieiunijs & laboribus exhaustus,
cū diuinitus obitus sui tēpus edoctus esset, omni
medicamine neglecto, humi se prostravit, oculis
in Crucis imaginem perpetuū defixis, multis con-
lachrymis & suspirijs Deū precatus est, donec spiri-
ritum redderet. Corpus eius fuit in Trecorensi ec-
clesia humatum, vbi innumeris coruscans miracu-
lis, animā in cælo perpetuū viuere testatur: quem
Clemens eius nominis sextus, diligenti prius de
virtutibus miraculisque eius facto examine, San-
ctorum catalogo solenni ritu asseripsit: cuius
ploma his gestis per omnia astipulatur.

VITA B. AVSTREGISILI ARCHIEPISCOPI

*scopi Bituricensis. ex ea que est apud Surian. Hæ-
ruit temporibus Heraclij Imp. anno Domini 627
numeraturq; tricesimus eius Sedis Episcopus.*

20. Maii.

In aula Gun-
trami regis
degit.

Beatus Austregisilus apud urbem Bituricē-
patre Gundino natus, Guntranno regi à
ro imprimis charus fuit. Postquā enim illius
mediocriter imbutus fuisset, parens enim regi
suam ei operā nauaret, tradidit. Itaq; cū rem
non exiguū in regis aula exegisset, & parentes
ad ma-

et matrimonium incedendum, hortantes sapius
 de re molestiam inferrent, ille, quamvis tota
 mente à carnali copula abhorreret, ne tamè graui-
 rem aliquà eis moestitiam inureret: recepit se eis
 temperaturū. Interim cū animi anxius valdè
 fluctuaret, cui viæ potissimū in sisteret, venit illi
 in mētem haud procul habitare viros tres, e-
 ſdem nationis & pari facultate. Eorum itaq; no-
 ta chartæ inſcripta, altari impoſuit, ſimulq; vo-
 le obſtrixit, tres noctes in precibus ibidem ex-
 auri, ac deinde manu ad chartulas miſſa, q̄ primā
 apprehendiſſet, eius viri filiā ſtabili ſibi matrimonio
 ſcurā. Prima igitur nocte, nō difficulter ſine ſo-
 no peracta, altera ad eò prograuari cœpit, vt eius
 oportunitate victus, flexo poplite ſuecubuerit.
 tē aut per viſum duo decoro vultu ſenes ante al-
 teri aſſiſiūt, aitq; alter ad alterū: Cuius filiā hic
 autregiſilus ducturus eſt vxorem? Reſpōdit alter:
 ne ignoras, quia iā ſibi deſpōſam habet iuſti iu-
 ſiā. Sub his verbis Autregiſilus exprobrauit
 cū animo ſuo voluere cœpit, quā illa eſſet
 iudicis filia. Cūq; certi nihil cōſequi poſſet, a-
 ſi dabi ibat ad aulā regis, puenitq; ad diuerſo-
 quodā, vbi hospites inuenit ſenē pauperē cū
 ſola cōiuge. Ibi Vetula viſo Autregiſilo, ſomni-
 q; ea nocte habuerat, narrare cœpit. Videbar
 dicebat, magni cuiuſdā ſoni audire fragorē,
 quā ſi feſtiuo cātu nuptias Autregiſili celebrari.
 q; mirificè exhilarata, cū multa alacritate ad
 ſponſę tuę vul. um viſura progrederer, tu
 ſe veſte ornatus nuptiali apparuiſti, ſed puellā
 te ducturū audieram, nequā q̄ videre potui.
 codicem euangelij manibus te geſtante mi vidi:
 oēs dilectiſſimam tibi à Deo ſpōſam datam
 X x 4 eſſe

Viſio eius.

esse asserbant. Hanc visionem Austregisilus, ut alie-
diuit, omni humano coniugio posthabito, intellexit
se ad sacram sacerdotij functionem, à Deo vocari,
quarè enixius vigilijs precibusq; instare cepit,
summaque contentione anniti, ut vocationem suam,
bonis operibus certam faceret.

Sed totius malitiæ architectus, liuidusq; humani
generis hostis, diabolus, cum videret eum toto de-
siderio ad illam veram vereque beatam aeternam pa-
triciæ gloriâ aspirare, fraudulentis machinationibus
à sancto proposito eum retardare conatus est. Erat
per id tempus in regia, Betellinus quidam, homo po-
tens, qui magnam pecuniæ vim ex regio fisco, per
fraudem auerterat. Cum autè rex cum eo de fisco
expostularet, ille per calumniam in Austregisilum
culpâ conferre nitèbatur. Illis igitur inter se disce-
ptantibus, rex ira vehementer commotus, iussit eos
duello inter se decertare, ut factus diuino iudicio
demonstraretur. Iam certaminis aderat dies, & Au-
stregisilus manè surgens, præmissis per pueros si-
os, clypeo & iaculo in agrum, vbi rex configit
spectare consueuerat, ipse ad ædem S. Marcelli, pre-
candi causa se contulit, factaque oratione, confi-
dentia innocentia suæ fretus, imperterritus ad certami-
nis locum properabat: vbi cum sustineret aduer-
sarij aduentum, ecce quidam è Betellini militibus
nunciat regi anhelus & vultu lugubri mortuus esse
Betellinum. Diuina enim ultione eum persequen-
te, ex equo quem alioquin mansuetissimum aduer-
derat, deiectus fuerat, eiusque calcibus, miseratus
in modum prostritus, infœlicem animam efflauera.

His igitur insidijs dæmonis foeliciter superatus,
Austregisilus bonis operibus quotidiana adhibe-
bat incrementa, totoq; nisu, ad sacros ordines aspi-
rat

Duellū in-
ter Austre-
gisilū & Be-
tellinum.

Horrenda
mors calu-
mniatoris.

are cepit. Acceptis igitur à rege literis, summa
 iam ipsius voluntate, Antisiodorum abiit: & à B.
 Annario antistite decisa cæsarie, in clerum adopta-
 tus est. Deinde ad Aethereum Lugdunensem epi-
 scopum profectus est: à quo ingenti cum gaudio
 susceptus, presbyter & B. Nicetij Abbas ordinatus
 est. Cum autem iam tempus à Deo præfinitum ve-
 nisset, quo eum ad sublimiorem honoris gradum
 euehere decreuerat, mortuo Bituricensi Episcopo
 pollinari, in eius locum, omnium vnanimi con-
 sensu, iussus est Antiregis filius, quam functionem
 annis duodecim, præclare administrauit, quemad-
 modum ab angelo ei, antè prædictum fuerat. Porrò
 uentis eam sedem virtutibus ac miraculis ador-
 nerit, explicatu est difficile. Toto illo tempore,
 quo dignitatem illam administrauit, nullus qua-
 litalitate vel morbo oppressus, uirentis illius
 operis fuit. Cæci, claudi, membris omnibus contra-
 ctis, & à dæmonio vexati, ad eum ferebantur, quib.
 precibus, vel oleo benedicto, vel crucis denique
 opo salutem conferebat. Friouala puella, paren-
 tus charissima, apud Brioderum, sæuo adeo dæ-
 monio cruciabatur, ut cuncti tantillam ætatem, in
 tanta acerbitate, durare posse mirarentur. Addu-
 ctæ tandem ad virum Dei. Ille sentiens hostis ver-
 taxatione puellam exagitari, iussit eam altari
 propius admoueri. Tum corpus Domini prius ab-
 confectum sumptumque etiam puellæ tradidit,
 tumque incompditos eius clamores compescuit.
 Tandem vestes eius benedixit, & religioso indutam
 habitu à vino carnibusq; abstinere præcepit. Quo
 modo, profligato dæmone, puella pristina incolu-
 tari restituta est.

S. Antiregiff
 us sic presb
 yter.

Nota ut tra-
 ctet dæmo-
 niacam pu-
 ellam.

His alijsq; innumeris, quæ singulatim prosequi
 nimis

XX 5

**Migrat de or-
pore.**

nimis prolixum foret, miraculis clarus, vir sanctus, & corporis erga stulo, ad celos migravit: in cuius exequiis noua iudem increbrescere cœperunt miracula. Cùm autem adhuc in humanis ageret, perugi ad modum cura, commissam sibi ecclesiam, à forù faucibus seruare studebat. Cùm enim ex aula

**Migrat de or-
pore.**

Theodorici regis, Guarnerius homo sanissimus auaritiæ & turpi lucro addictus, ad Bituricem urbem, pecuniam à ciuib. exacturus, venisset, Aul-

**Non psitur
plebē suam
in solita ex-
actione pre-
mi.**

gis filius, vt populū suum, ab iniqua exactiōe liberaret, intrepidē se furibundo Guarnerio obiecit, & asperis, sanē, verbis increpitum, repulit. Ea inu-
ria, vt ille putabat, grauitē commotus, ad regem abiit, eiq; illatam sibi iniuriam grauitē cōque-
ritus est. Deinde nouo armatus furore, vt, simul cum exactiōe, vindictam repeteret, ad urbem rediit, sed vir sanctus in pace obdormiuerat. Sulpius

**Sulpius e-
sus succes-
sor.**

verò, qui ei in illa dignitate successerat, ingenti bo-
midine oppressus, neque viam neque modum in-
ueniebat, quo imminentem cladem, à sua lo-
rumque ceruicibus propulsaret. Ingressus itaq; in urbē Guarnerius, spretis Sulpitij precibus, qui eum ad lenitatem misericordiamque inlece-
tebatur, ingentem pecuniæ vim, à ciuib. extor-
rebusque iam, pro voto expeditis Austregisili, quàm preces oblaturus, ecclesiā adit. Vi vidit ante monumentum viri sancti, à fidelibus Christianis auro argentoq; mirificè ornatum, dixit, sanē, ar-
ganter; aurum argentumque illud in pauperes tra-
gari debuisse, & nequaquam sepulchrum exorna-
ri. Cùmq; his dictis, à sepulchro discedens, in ipsa basilica inambularet, lignum quoddam ex alto re-
ens, graue capiti illius vulnus infixit. Quo vul-
ere accepto, voce, qua potuit, exclamauit; Austre-
gisili

**Fractor im-
probus diui-
nitatis puni-
tur.**

re accepto, voce, qua potuit, exclamauit; Austre-
gisili

gissus dum viueret, hostili semper in me animo
 fuit, & nunc mortuus, poenè me interficit. Hinc a-
 riore feruens malitia, Augustodunum ire instituit
 re eius loci episcopum perderet: sed in iplo itine-
 re, cum à mensa, ad exonerandum ventrem, surge-
 re cogere, infœlicem animam, cum intestinis
 & visceribus, in cloacam dimisit. Cuius repentino
 steritu, regij ministri deinceps compressi fuerunt,
 ne ab vrbē Bituricensi eiusmodi pecunias extor-
 cerent.

Postea, cum Pipinus Francorum princeps, ad-
 versus Eudonem, Aquitaniæ principem, pugnatu-
 rus, ad Bituricenses oppidum venisset, Barbari, in vil-
 la, quæ Carobeias dicitur, domum S. Austregisili,
 ad mare voluerunt, nihil fracti admonitionib.
 minorum, qui illis dicebant, multa diuinitus illic
 miracula. Sed simulatque flammam domui in-
 cerunt, arrepti à demonibus, partim se in ipsas
 flammam præcipites dederunt, partim dentibus se
 mearunt, partim membra sibi corporis trancarunt.
 Pipinus id cognouit, exercitu eius, ea re, valde
 terro, edicto cauit, ne quisquam res aut villas
 Austregisili attingeret. Non multò post, Eudo-
 nem vrbem obsidens, Agnum virum primari-
 um in monasterio S. Austregisili manere iussit. Ille
 pro avaritia cæcus res monasterij omnes comiti-
 bus suis distribuit: sed paulò post, in mensa, repen-
 ta morte, poenas tanto scelere dignas luit.

Expilator
 rerum eccle-
 siasticarum
 diuinitus
 punitur.

ITA BERNARDINI SENENSIS, PRO-
 fessori Franciscane. ex ea, quæ est integra fide, apud
 Corium Obijt in ciuitate Aquila XX Maij anno Do-
 mini 1443. Sedit Eugenio 4. Relatus est in nume-
 rum Sanctorum à Nicolao Papa V. anno 1451.

It

20. Maij.
Parentes
eius.

IN Senensi vrbe, ex nobili familia Albrzescho-
rum, Bernardinus, patre Tollo, matre vero Ne-
ra ortus, ab ipsa infantia præclarum sanè virtu-
tis de se specimen semper præbuit. Et quidem à te-
neris benignè faciendi disciplinam adèò studiose
sanctèque coluit, vt sibi alimenta subtraheret po-
tius quam inopem à se non refectum dimitteret. De-
nis, literarum studijs adhibitus, in scholis triuitali-
bus, Onuphrio vsus est præceptore miraq; discen-
di celeritate cõtraneos suos superauit omnes; eisdem
que, à sacris concionibus, quibus singulari auer-
sione semper intererat, quæ memoria retinere po-
terat, puerili quidem simplicitate, sed magna tamè
dexteritate, referebat: omnesque & singulos, ad
virtutis & pietatis studium, acriter sectandum hoc
tabatur. Fuit autem vsque adèò quoddam honesta-
tis & integritatis exemplar omnibus, vt si forte ad-
dolescentes, de rebus parùm honestis, inter se ver-
ba miscerent, eo adueniente, protinus contine-
rent. Postquàm adoleuit, relictis studijs philoso-
phicis, in quibus præ cæteris excellebat, animum
ad sacros canones & sacrarum literarum studia ap-
pulit, in quibus, triennio, magno cum fructu ex-
acto, adèò earum amore captus est, vt reliqua omnia
præ eo contempserit.

Deliberat
de aliquo
vitæ genere
eligendo.

Vbi decimum & septimum ætatis annum at-
git, sedulo, de aliquo vitæ genere deligendo, consi-
lium cum Tobia consobriua sua, insigni pietatis
sanctitate foemina, iniit. Tandem, post multas pre-
ces & lachrymas, post plurima benignitatis opera,
miseris præstita, post varias corporis afflictiones
& ieiunia, in spectatam religionis sodalitate
quam vulgò confraternitatem disciplinarum
Mariæ Virginis vocant, concessit. Fuit enim legum
ille,

ille, qui in domo hospitali de la Scala est, multo tempore veræ pietatis & religionis exemplar & speculum: ex quo omnes ferè Italiae laicorum piæ exercitationes vel deuotionis studia manârunt. Itaque Bernardinus fratrum omnium consensu admissus, preces, corporis afflictiones, aliaque tum secunda tum aspera exercitia, noctu diuq; illic vsuata, præ cæteris, ipse copiosius sectatus est.

Seuiente peste illa terribili & generali, anno 1040. innumeri peregrini Romam euntes atq; inde redeuntes, ad celeberrimam illam, toto orbe Christiano, domum hospitalem beatissimæ Mariæ Virginis, quæ Senis est, confluxere: augebaturq; valde numerus ægrotorum, è quibus, quotidie, interdum pestilenti contagione laniati, vitam cum morte iungere, profectò, permutabant. Ad eam calamitatem debebat hoc mali, quòd fratres duo & viginti, fœderatè octodecim sacerdotes nouem, clerici quinque, pharmacopolæ sex, pueri triginta sex, famuli triginta, cuncti ægrotorum ministerijs deputati, eadem calamitate absumpti fuerant: neq; vlli ferè supererant, qui ignem pestiferum omnia vastantem impellerent, vel miseros, eo iam infectos, subleuant. Ibi tum Bernardinus vltro sibi eam de omnibus merendi occasionem deposcit: & quia se ad tantam morbidorum multitudinem reuerendè sufficere non videbat religiosos duodecim, pietate & charitate præcipuos, ad se vocat: & vitam suam pro illius amore, qui suam, in tantis supplicijs, pro nobis obtulerat, libenter in ipsius magnum discrimen inferrent. His Bernardini monitis & exemplo allecti adolescentes, iuuenis animis & magno feruore, curam ægrotorum

Domus hospitalitatis de la Scala in Italia.

Pestis Senæ anno 1040.

Egredia Bernardini charitas, erga peste laborantes.

CUM

cum ipso suscipiunt. Ipse vero, diu nocturne, & grogrotantibus astabat, phar maca parabat, cibos, pro Angulorum qualitate, porrigebat, sordes omnes ipe, ante omnes, sua voluntate, amouendas suscipiebat: non labore, non vigilijs, non intolerandis foetoribus non incommodis vllis frangebatur: sed ea semper a lacritate illis seruiebat, ac si vel parentes vel fratres vel filios, sanè, proprios tractasset.

Cum autem iam mensibus quatuor & eo amplius in ea domo sedulo ministrasset, peste sopita, domum se recepit. Ecce autem, quemadmodum ipse Christum Dominum, in pauperibus eius, morbo laborantibus, visitarat, ita Christus bonus Dominus rursus illum visitat. Nam, hospitali egressus, paulò post, acerrima febris exerceri coepit. Ea vero vt, post menses quatuor liberatus fuit, ad primum pietatis, & humanitatis studium ilico se recepit: atque interim tota mente, ad sanctiorem viuendi rationem aspirans, diurnis nocturnisque, assiduo, precibus insistebat, vt in optimam caelestis vitae viam; à Deo duceretur. Cumque, sollicita mente, secum pertractaret, cui vitae generi sese potissimum addiceret, caeleste numen; in visione, illi adfuit, signisq; minimè dubijs, ad B. Francisci institutum pertraxit. Vt igitur vota sua in rem conferret, contulit omnia sua consilia cogitationesq; cum Iohanne Tristorio, Franciscano Senensi, vitae integritate & prudentia opinione praestantissimo: cuius consilio fretus, cunctas possessiones, & quicquid habebat pecuniae, in gratiam Christi Domini, pauperibus distribuit, & collocandis matrimonio puellis benignè impartijt: vt nudus nudum Christum expeditius sequeretur: praefixoq; die, qui fuit mar-

Corripitur febris.

Diuinitus ad S. Francisci institutum vocatur

beatissimæ Virginis Matris, in cœnobio Franciscanorum Senensium, Christianæ militiæ nomen, et animo, dedit, anno salutis 1401. Erat tunc annos ætas duos supra viginti, quo tempore adeo rigidus corporis sui domitor erat, ut hominibus terrestribus sapientiæ nimium deditis, non tam Deo seruire, quam delirare videretur.

Fervor spiritus eius.

Inter hæc hostis malignus tantam tamque eximiam in iuuenili animo pietatē non ferens, callidè ei insidias struere, modisque omnibus ut eum in fraudem pelleret, conari cœpit. Erat Senis matrona quædam, cum suo marito, fratribus D. Francisci præ addicta, quam diabolus, sub magno pietatis pretextu, tandem cupiditate impuri amoris, erga Bernardinum inflammavit: adeoque ea libidinis de pastata est, ut diutius se eius amplexibus carere, sine vitæ periculo, non posse existimaret. Ita quo tempore vir sanctus pauperem ostiatim, de nocte, mendicabat, illa venientem procul Bernardinum conspicata, benignis ad se verbis inuitavit:

largiorem aliquam elemosynam acciperet. Ille vero nihil insidiarum suspicatus, pedem in domum inculit: quo ingresso, mox detestabilis mulieris carpi ei amorem suum explicavit, aperte asseuerans, ni consentiret, se vociferaturum, vim sibi ab ipso intentari. Tum Bernardinus in hæc se angustias coniectum cernens, ratus ad orationum præsidia, ut solebat in quo periculo, confugit. Cuius menti diuinum

monstrum mox præsens suggestit consilium: ut dicebat mulieri, si cupitis vellet frui amplexibus, se illi subito nudaret. Quod cum illa fecisset, vir sanctus flagellum, quod clam secum deferre solebat, corripuit, eamque egregiè cecidit, donec

Mulier libidinosa eum ad carnis voluptatē sollicitat.

En ut mulierem nefariam accepit.

donec omnis illa tentatio euanesceat.

Fisacerdos Post hæc sacerdotio Bernardinus initiatus est, & concionandi munus ei demandatum est: in quibus sanè admodum se mirabilem exhibuit: adeò ut minister Ordinis, perspecta eius virtute & sermone efficacia, terræ sanctæ Ministrum eum instituerit.

Minister terræ sanctæ. quò non modo apud Christi fideles, sed etiam Christianâ religione alienos fructum facere possit. Deinde Italiæ fratibus Cisnontanis præfectus est: in quo officio, ita sua usus est potestate, ad gloriam Dei, ut trecenta amplius monasteria reformarint. Itaque Romanus Pontifex eius, animi probentiam singularem cum tanta pietate cõiunctam non ignorans, præcipuum quoddam legationis munus ei commisit: quo ita perfusus est, ut celeberrimè passim eius fama diffusa sit. Erant igniti eius sermones, & vita virtutibus illustris; in cuius argumentum, solem manu gestans pingi solet, quæ

Itè Legatus Pontificis. quàm eius symboli aliâ etiam ratio est. Cùm etiam in amplâ quadam ciuitatè, de rebus diuinis concionem, ad populum, haberet, homines adhibilius sermonibus permoti sunt, ut tesseras, tabulasque lusorias, quarum magnus erat ibidem abusus, flammis absumerent. Quare indignatus faber, qui ex ijs haud mediocre sibi lucrum acquirerebat, ad beatum virum accessit, eique conquestus est, se iam ad inopiam esse redactum. Sciscitante Bernardino, num aliud calletet artificium, illoque negante, Bernardinus circinò circulum expressit, in quo Solem depinxit, & in medio solis, sacrosanctum nomen Iesu, cuius, ita ut par erat, præcipuus venerator & cultor: imò, ut quidam affirmant, Romæ, tam luculenter sublimiterque, de illo dulcissimo nomine concionatus est, ut quidam, eius

Cur pingatur solem manu gestans quàm eius symboli aliâ etiam ratio est. Cùm etiam in amplâ quadam ciuitatè, de rebus diuinis concionem, ad populum, haberet, homines adhibilius sermonibus permoti sunt, ut tesseras, tabulasque lusorias, quarum magnus erat ibidem abusus, flammis absumerent. Quare indignatus faber, qui ex ijs haud mediocre sibi lucrum acquirerebat, ad beatum virum accessit, eique conquestus est, se iam ad inopiam esse redactum. Sciscitante Bernardino, num aliud calletet artificium, illoque negante, Bernardinus circinò circulum expressit, in quo Solem depinxit, & in medio solis, sacrosanctum nomen Iesu, cuius, ita ut par erat, præcipuus venerator & cultor: imò, ut quidam affirmant, Romæ, tam luculenter sublimiterque, de illo dulcissimo nomine concionatus est, ut quidam, eius

verba non capientes, hæresim ei impingere voluerunt: at postera die, illo concionante, ut superiorum concionis veritas, miraculo indicaretur, nomen eius v, in eiusmodi forma, qualem eum pinxisse dicitur, miro splendore coruscans, supra illum apparuit. Hanc igitur effigiem iussit illum fabrum, de arte sua, sua arte imitari: ex qua pauper ad diuitias et mediocres peruenit.

Porro, in concionibus, acriter vitia perstringens, quæ res Principis Mediolanensis animum in indignum concitauit: prorsus, ut se mala morte ipsum concitaturum minaretur, nisi eam concionandi rationem illico mutaret. At vir sanctus, tantum abfuit, ut illius minis cederet, ut etiam infracto animo, ipse Duce[m], in magna populi frequentia horrendo tonitruo, ita perfrerit: ut, ne minima molestia eum afficere ausus fuerit. Sed is, illum insigni aliqua ignominia afficeret atque turpiter & turpis lucri crimine notaret misit illi, quandam unum primarium, poculum aureis ornamentis refertum. Illo autem recusante, iterum iterum ad illum remisit, multisque sermonibus animum eius perentauit. Tum Bernardinus cum nobilem qui munus offerebat, se sequi iussit, eum hominem ad carcerem, in quo ingens vinorum multitudo, are alieno obstricta, tenebatur: illa pecunia, duobus tantum exceptis, & ceteris liberauit. Duobus verò promisit, si alia reprobationis occasio se non offerret, se in illorum successurum. Quo charitatis humanitatis officio cognito, ciues eos è vinculis dimisit.

Quam autem fama sanctitatis eius longè lateque perueniret, à tribus ciuitatibus, Senense, Ferrarientense,

Offendant
eius conciones
Mediolanensem
principem.

Multos decem
cetera liberat.

Recusat epi
scopatum?

ense, & Vrbinatē, Episcopus electus est: sed ille, ut
posset vberiora animarum lucra, concionando, fa-
cere, eos honores recusauit. Pontifex autem Euge-
nius, tantō magis eo honore illum dignum existi-
mans, suis ipse manibus mitram capiti eius impo-
nens, Pontifici gratias egit: orans atq; obsecrans,
ne vellet ijs compedibus, à salute proximi procu-
randa, eum vincire. Romam, quandoq; ad conco-
nem iturus, in ipso itinere, claudum, miserabili ve-
ce, opem eius implorantem vidit. Cui Bernardi-
nus: credis, inquit, in Christi nomine, me tibi sani-
tatem reddere posse. Ille respondente: credo vi-
que, posse me, à Deo, eam, per preces tuas, adipisci.
Tum vir sanctus porrecta manu, e terra eum suble-
uauit: prorsusq; incolumen à se dimisit.

Claudum
sanat.

Obitus eius.

Post hæc aliq; miraculorum signa in Apullia
iturus, in ipso itinere, morbo prægrauatus, agra-
lam declinavit, vbi, in quodam sui Ordinis conuo-
bio, lætus, ex mortali corpore, ad cælos migravit.
ætatis suæ anno 63. Corpus eius, cum ad montem
sterium, extra urbem illam situm, deferretur, si-
dus quidam virtute aquæ illius qua ablutum fre-
rat, aurum recepit. Quo audito miraculo, mox
in urbem relatum est, in Franciscanorum conuo-
um, vbi præter alia admirandæ virtutis miracula
iuuenis quidam vita functus, excitatus est.

DE HOSPITIO RECLUSO EX GREGORIO
Turonense. Hist. Francorum. lib. 6. cap. 6. c.

21. Maij.

Vide raram
abstinentiã.

A PUD urbem Niciensē, Hospitius, magis
abstinentiæ vir, ferreis cathenis, ad corpus
constrictus, indutusq; desuper cilicio, sic
pane, cum paucis dactylis, vitam sustentabat.

NI
 st; sed ille, ve
 cionando, fa
 autem Engo
 ignum exini
 ri eius impe
 bmlifione de
 tq; oblectans,
 oximi proci
 oq; ad concio
 miserabili vo
 Cui Bernadi
 me tibi fami
 te: credo vi
 suas, ad ipse
 rra eum labo
 isit.
 na in Apulla
 auatus, Aque
 Ordinis scito
 los migrare
 m ad montem
 eferretur, fa
 a ablutum fre
 miraculo, mo
 orum cetero
 utis miraculo
 us est.
 EX 6. cap. 10.
 pitus, magis
 enis, ad corp
 er cilicio, sic
 iustentabat.

diebus autem Quadragesimæ. solis herbarum ra
 dicibus, quibus Eremitæ in Agypto vtuntur, ale
 batur. Magnas autem per eum virtutes Dominus
 signatus est operari. Nam quodam tempore, diui
 nus edoctus, Longobardorum in Gallias aduen
 tum cognouit: & ciuitates septem, propter impu
 nitam flagitiorum omnium licentiam, deuastadas
 praedixit: monuitque cunctos, vt tempestiua fuga,
 tam calamitatem deuitarent. Quibusdam autem
 pietatis cultoribus, qui pia ab eo monita frequen
 ter hauriebant, dicentibus, se nullo modo eum de
 dere velle, ait: Nolite pro me timere: futurum e
 um est, vt iniurias quidem mihi inferant, sed ne
 s qua morte multare poterunt. Non multo post
 tribunda gens, eò veniens, cuncta depopulata est.
 amque ad locum, vbi sanctus reclusus erat, perue
 nit, aditum, quo ad eum ingrederetur, inuenire
 non potuit. Tum verò, duo ex eis, tectum per vim de
 scenderunt, visq; viro cæthenis cincto & aspero indu
 tilicio, arbitrati sunt eum maleficum esse: voca
 uerunt interprete, sciscitati sunt ab eo, quid mali fe
 cerat, vt tali supplicio arctaretur. At ille homici
 diam se esse, omnisq; criminis rerum fatetur. Tunc
 eum euaginato gladio, capite eum trūcare voluit,
 ecce, dextera, in ipso ictu, suspensa dirigit: nec
 eum ad se reuocare potuit. Hæc videntes socij, cla
 more in cælum sublato, flagitarunt à sancto, quid
 ei importaret. Ipse igitur imposito saluris signo,
 crucium sanitati restituit. Ille autem, eodem in
 signo, Christi se obsequio totum mancipauit, ac
 in capite, sub seueriore monastica vitæ disci
 plina, strenuè omnipotenti Deo militauit. Multi
 a demonijs correpti exagitabatur miserè, quib.
 sanctus, imposita manu, sanitatem restituebat.

Longobar
 dorum in
 Gallias ad
 ventū præ
 dicit.

Signo Cru
 cis sanat bra
 chium.

Yy 2 Post

Post hæc quidam Andegauensis incola, nimia febre exhaustus, linguæ auriumque officium perdidit, quem vir Dei vocatum ad se oleo sancto orienticis; eius infuso, protinus sanum & incolumem reddidit. Quo permotus miraculo quidam à natiuitate cæcus, duobus aut tribus mensibus, in monasterio orationi ac ieiunijs se totum tradidit: tandemq; à S. Hospitio vocatus, oleoq; benedicto inunctus, in Christi nomine lumen recepit. Dehinc mulier quædam tribus dæmonijs obsessa, ab eodem viro sancto, oleo sancto & crucis signo benedicta, à sæuis hospitibus liberata est. Sed & aliam puellam, immundo vexatam spiritu, benedictione sanauit.

Vide rigiditatem vitæ.

Obitus eius.

Cùm autem iam dies obitus eius appropinquaret, vocauit ad se ciuitatis Nicienensis antistitem, ut eum post mortem sepelire dignaretur. Instante igitur mortis hora, cathedras, quibus vinculus erat, deponens, & corpusculum, quod, scatentibus vndique veribus, intolerabili cruciatu afficiebatur, humi prostravit: deindè, tota mente precibus intentus, vni lacrymarum profudit: eleuatisq; ad cælum manibus, gratias Deo agens, spiritum tradidit.

VITA BREVIS S. MARTIANI RAVENNATIS Archiepiscopi. Vt habetur libro primo historiarum Hieronymi Rubei, de gestis Rauennatum.

22. Maij.

S Apollinaris, Rauennatum Apostolus, diuinitus factus certior, fore, ut breui Rauenna exularet, ac subita opprimeretur calamitate, capiteq; oppugnaretur: ne Rauennatem ecclesiam, absq; pastore relinqueret, duodecimo postquam accesserat anno, sacerdotes binos instituit, Aderitum & Calocerum.

cerum, Diacones verò Martianum virum nobilissimum & Eleochadium, summum philosophum. Cetero igitur Apollinare, post Eleochadium, in Ravennati Archiepiscopatu, Martianus, à Deo demissa compta electus, sufficitur: natus sublimi loco vir, tam piè, iuste, ac temperanter vitam degebat & tanto concitus ardore animi, Christum prædicabat, ut in animis Ravennatum, ardente excitaret omnium virtutum amorem: multiq; nullis rerum aduersarum ictibus frangi, neq; oppugnationibus nefariorum, de gradu pietatis deijci potuerint: sed calamitates omnes, tandemq; necem pro Christo libenter pertulerint. Plurimos sacris iniuriauit: cumq; rerum admirabilium gloria clarissimus esset, cælestem in patriam abiit, vñdecimo Kal. Iunij: atq; vti ex vetustissimis scriptis collegimus, in D. Eleochadij, sepultura traditus est, Anno Domini septimo & vigesimo supra centesimum dùm Aelius Hadrianus imperaret.

Martianus
diuinitus de
signatur E-
piscopus.

MARTYRIVM SS. DONATIANI ET
Bogiani, ex eo quod, optima fide, apud Surium extat, cui vetustissima ad stipulantur Martyrologia.

IVM Diocletianus & Maximianus Romani Imperij scepra tenerent, suisq; præceptis & edictis crudelibus, Christianum nomen, obliuione sempiterna, cõtererentur, erat in vrbe Romanica, iuuenis quidã, Donatianus nomine genere clarus, sed fide multo clarior; qui in ipso iuuentutis sue feruore, maturioris animi freno, turbulentioradolescentiæ motus temperabat: & ne, inter spiritalis nequitia procellas, lapsum incurreret, in timore Domini, prosperè, vite cursum dirigebat. Qui

24. Maij.

Donatianus
egregius iu-
uenis.

Yy 3

mox,

Rogatianus
à fratre iu-
niore ad
Christum
adducitur.

mox, ut despectis idolis, lustralibus aquis expiatus, Christo nomen dedit, sine metu aliquo, triumphum Christi, oris sui buccina, miles fortissimus, in populo decantavit, & instar optimi agricolæ, fruges beatæ fidei in gentilium pectora seminavit. Quia sancti viri opinione florente, germanus eius Rogatianus, adhuc in cultu idolatriæ consistens, blando suavissimi oris eius odore impletus, ad fratrem, ætate licet minorem, seniorem tamen credulitatis ordine, festinus accurrit, deprecans ut, ante quam persecutionis colluctatio appropinquaret, Christiani baptismatis munere dotaretur: nè tam foelix certamen adhuc paganum vel catechumenum inveniret, ut à fratre nihil minus in pugna, nihil minus obtineret in palma. Et ne sacro fonte continuo ablueretur, audita persecutione fugitiva sacerdotis fecit absentia; sed susus martyrij cruor, fontis inopiam supplevit.

Donatianus
sistitur coram
præfide.

Interea Nannetensem civitatem, fauente gentiliū turba, persecutor, cum instrumento iniquitatis, ingrediens, ab vno è circumstantibus civibus, ad Donatianum & Rogatianum fratres comprehendendos, acerrimis verborum stimulis incitatus est. Tunc præses dolore commotus, Donatianum suis fecit aspectibus præsentari, ac talibus eum verbis compellavit: Audiuimus, Donatiane, te loquem & Appollinem Deos nostris conuicijs prolcindere, ac prædicatione inani, ad crucifixi religionem compellere. Aut igitur prædicationi imperfluæ finem impone, aut si id recusas, poenitentis & cruciatibus subiaceto. Cui Donatianus respondit: Minas, quas mihi prætendis, despicio, frustra que ab eius me cultu reuocare contendis, cum creata omnia promptè deseruiunt. Hinc Præses

ROGA.
 ...is expiatus,
 ...o, triumphu
 ...us, in popu
 ...a, fruges de
 ...it. Qua fan
 ...ius Rogatia
 ...s, blando sua
 ...atrem, atque
 ...litas ordi
 ...te quam per
 ...t, Christi
 ...m foelix cer
 ...num inueni
 ...hil minus ob
 ...tinuò ablu
 ...cerdotis fecit
 ...ncis inopiam
 ...aente gerit
 ...to iniquita
 ...s civibus, ad
 ...comprehen
 ...incitatus est
 ...atianum suis
 ...us eum ver
 ...tiane, te lo
 ...nuicij pro
 ...rucifixi reli
 ...dicationi lu
 ...s, poenite
 ...natus re
 ...spicito
 ...rendis, cu
 ...e Praeses
 ...rore

...re succensus, iubet sanctum compedibus vin
 ...um, in custodiam retrudi, vt tormentorum vio
 ...ta feralitas, non perferentis fidem frangeret
 ...salte ne alij in Christum crederent, impediret.
 Tunc eius germano in conspectu populi consti
 ...to, cepit Praeses, sub blandimenti dulcedine,
 ...rsuasionis iniqua venena miscere, vt qui iussio
 ...non cederet, oblectationis arte colla laxaret.
 Quem molliter appetens, in haec verba prorupit:
 ...udio, Rogatione à deorum cultu te velle incon
 ...te recedere. Sed caue, nè vnus Dei confessione,
 ...ares Deos in tuam perniciem ire compellas. Sed
 ...na adhuc nescio quo baptisinate non teneris in
 ...ctus, si voluntas obliuata te non decipit, deorum
 ...gentia concessa, recipies, vt in Imperatorum
 ...ario & aula deorum, possis, cum viræ fruitione
 ...tati dignitatis augmentum. Rogatianus respon
 ...optime promittis peruersa, cum sis ipse perner
 ...qui primùm polliceris Imperatorum gratiam,
 ...deorum. Sed qua ratione, in arce diuinitatis
 ...endi sunt, qui ipsi hominib. videntur esse posse
 ...ores ordine, licet inter vos habeatis participatio
 ...m miseria: cum illi sint de metallo, vos ad melio
 ...habitus surdi: illi spiritu careant, vos sensu. Si
 ...malem qui in saxis religionem suam constituit,
 ...aliud sit ipse, quàm quod colit. Tunc Iudex,
 ...mistris imperans, dixit: Et hic insensatus, cum
 ...lore insipientia, in carcerem derrudatur, vt fe
 ...anti die, dijs ac principibus illata iniuria, vltore
 ...lo, censura publica vindicetur. Sic tenebrarum
 ...lecto, duo fidei luminaria reconduntur: sed
 ...carcer illustrabatur ex gloria, quàm marty
 ...s grauentur ex poena. Beatus autem Rogat
 ...ianus, sine baptismatis gratia, se prauentum
 esse

Trudietur in carcerem.

Rogatianus blanditur Praeses.

Rogatianus ducitur in custodiam.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

912 MARTYR. SS. DONATIANI ET ROGA.
esse contristabatur: sed hoc sibi, ex fide, credidit esse
se pro lauacro, si fratris sui Christiani osculum me-
reretur. Quo comperto B. Donatianus, pro germa-
no fudit ad Dominum preces, vt prompta eius vo-
luntatem, fidemq; puram aspiceret; & sanguinis ef-
fusionem, pro baprisimatis sacramento acciperet.

Iraq; vigilijs noctis in oratione transcurtis, simul
lumine cum die relato, & carnificis vulnera, &
Domini sui præmia alacres expectabant. Sequente
vero die, Præses, pro tribunali sedens, confessores
Christi, in conspectu populi, præcepit assisti. Edu-
citur interea de carcere lugubri, gaudium cæli, de
sterili sede, fructus Ecclesiæ, de spinarum germine,
flos coronæ. Constricti vinculis, liberi erant vo-
tis, quos in Christo ipsa tormenta reddiderant for-
tiores. Quibus coram positus, assatus eos est Iudex.
Cum indignatione, inquit, ordior, ne dum vos mol-
liter alloquor, seueritatis publicæ vis frâgatur: qua
dedrum religionem aut non colitis, ignorando, aut
(quod est grauius) nō nesciendo, calcatis. Tuoc mar-
tyres responderunt: scientia tua, quæ deterior est
totius ignorantia stultitia, similis sit dijs veltis,
quos in metallis sensu carentibus adoratis. Nos ve-
rò pro Christi nomine, quidquid terroris in morte
ris, excipere parati sumus: quia non hic vita nostra
dispendium patitur, si illi reddatur, à quo sumptus
exordiū, & in futuro multiplicatæ lucis sēnore me-
neretur. Tunc dolore præses impulsus, iussit eos in
equlei catasta suspendi: vt, si animos eorum non
mutaret, tamen membrorum lineamenta solueren-
tur in pœna: credens furori suo se consulturum, à
carnifex, licet ad animam non perueniret, vel per
tormenta corpus mactaret: ad hæc minime
imperans, vt post irrogata supplicia, à spiculi-

Iudex terret
martyres
sed frustra.

ore eorum capita truncarentur. Tunc liſtoris infania, vt de crudelitate iudici complaceret, vel magis vt creſcerent ornamenta martyrij, lancea militari perfoſſas ceruices beatiſſimorum, gladio vibrante præcidit. Sic ad Chriſti gloriam venientes, cum B. Donatianus lucratur germanum, & meruit germanus martyrium; iſte fit illi cauſa ſalutis, ille iſti palma mercedis, & multiplicis gratiæ pigore redundante, conſummatione foelici, ſperemerationis ſuſſulti, ad æterna præmia meruerunt cedere, per vulnera laureati: Præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

Cadūtur capite martyres.

VITA S. ZENOBII EPISCOPI FLOrentini. ex ea qua eſt per Ioannem Archipreſbyterū Aretinum. Ex vita conſtat quo tempore floruerit.

Maij 25.

Zenobius, Luciano patre, clario inter Florētinos ciue, & Sophia inſigni foemina matre natus, anno reſtauratiſſimæ ſalutis trecentefimo quinto, Pōtifiſſimæ Sylueſtri anno XVII, Imperij Conſtantini 22, à teneris pueritiæ ſuæ annis, inſignem iuſtitiz & pietatis de ſe ſplēdorem præbuit. Nam vt literarum ſtudijs adhibitus, liberes diſciplinæ mira ingenij dexteritate cōplexus, inſita naturæ præſtantia & ingenita vultūs hiſtate atque oculorū gratia, omnes homines in modum ſui amore ac ſtudio capiebat: eoſque ad ardentiffimum pietatis ſtadium excitauit. Cumque obieſta vitiorum blādimenta, vniuerſumque mundanę cupiditatis fomité virili animo in ſe extinxiſſet, anno ætatis ſuæ oſtauo decimo, catechumenus, beato Theodoro Florentino Episcopo traditus eſt: quo tempore poëticiſſis Geni-

Parentes eius.

Egregia pueri indoles.

Fit catechumenus.

Yy 5 libus.

libusque studijs relictis, quibus in teneris annis ad eruditionem ludere cōsueuerat, animum ad res diuinas seriuō contemplandas appulit. Porro cum vigesimum ætatis suæ annū ageret, parentes eius eximia pulchritudine & prudentia, virginē & natalibus clarā, magna cum dote tradere ei decreuerunt. Qua re comperta, Zenobius protinus in Theodoro Florentini antistitis sinum gremiumque confugit, & que seruandæ virginitatis propositum & Deo sanctissimè famulandi exponit, orans atque obsecrans, vt regenerationis lauacrū sine mora ei impertiretur. Cuius tam pium, tamque sanctum desiderium nequam remoratus Theodorus, omni Clero Florentino protinus conuocato, Zenobiū proprijs manibus honorificè ac celebriter lustralibus aquis tinxit. Id verò ad parētum eius aures, vt famę celeritate perlatum est, illi euestigio famulorum cuneis stipatis Zenobiū quærere, Theodorum Episcopū adueniēti inque eum, ira & furore perciti, summis conuicijs & contumelijs exarserunt. At Zenobius parentum furorē lenire cupiens, impetrata antistitis benedictione, pios in cælū oculos sustulit: tantaque extemplo, pia eloquij vbertate, parentum animos pertulit, vt impio furore deposito, mox in nuda humo ad pedes Episcopi prostrati, baptismi lauacrum, quod in filio culpauerāt, non sine lachrymis potius lauerint. Quo obtento, summa cum læticia deinde regressi sunt. Zenobiū verò sanctus Antistes à latere auelli deinde non est passus, sed mox Clero cum eum, deinde cathedralis ecclesiæ Canonicum postremò subdiaconem ordinauit. Cuius vita cum & religione in Deū & charitate in homines in dies excresceret, semperque seipsa fieret auctior, Archiepiscopo diacono Florentino per id temporis vita functo, Zenobius

Zenobius
baptizatur.

Item paren-
tes ipsius.

Fit Archidi-
aconus.

obius vicem illius sortitus est, anno ætatis sue trigesimo secundo. Quo tempore cum omnes pœnæ ecclesiæ, toto orbe, sub nomine pacis, Constantij regis Arrianorū consortio polluerentur, vir Dei Zenobius, strenuus & indefessus Catholice fidei propagator, quotidianis aduersus hæreticos Arrianos vel prædicationibus vel disputationibus acriter insistebat. Neq; verò minùs opere, quàm verbo orthodoxum populū instruebat. Nam sibi exiguo modū victu & tenui reseruato, quicquid ex rebus superesset, in vltis pauperū dispartiebatur. Et cum anno à p̄mōtione ipsius elapso, Constantius Arrianus Imperator moritur, & ad imperiū Iulianus execrabilis tyrānus sublimatur. Qui cū occultæ impietatis fraude multos in sempiternā perditionē præheret, Zenobius illius perfidię impietate, & nequitia & publicis & priuatis sermonibus increpare nō destitit: adeo vt cōmissas suę fidei res, nō modo cōseruaret, sed ex paganis & hereticis pluribus quotidie ad Christi Ecclesiā aggregaret. Interea mortuo iam tyranno, vir sanctus Ambrosius ad episcopatū Mediolanensem assumptus, & crebro rumore Zenobianę sanctitatis excitatus, in Florentinam vr̄bem Zenobij visendi studio Mediolaniticū vera & singulari amicitia & Christi domino deuinctus est. Inde cū recto itinere ad Damasum, maximum Christianorum Pontificem proficisceretur, sibi & vniuersę ecclesię gratulans, quod Christiana religio tali viro, cuius Zenobius erat, esset ornata, mores illius & vitamque omnem ei enarrauit. Cumque dies coram Pontifice fama eius magis incresceret, iussit Damasus ad se acciri virum. Qui sine mora iussui obtemperans, cum Ambrosio concitatus ad eum

S. Ambrosius inuist S. Zenobium.

S. Zenobius accitur à Damasco Pontifice.

ad eum properavit: à quo peramater susceptus & benignè detētus fuit. Cumque plura multò indies, & maiora tum sanctitatis tum eruditionis in eo comperiret exempla, quam fama detulerat, non multò post renitentem ac diutiùs reluctātem, sanctæ Romanæ Ecclesiæ ac Sedis Apostolicæ diacōnem prorsus instituit, anno ætatis ipsius 38. & secundò anni Pontificatūs sui principio. Ea dignitas calcaria quædam ac stimuli augēde sanctitatis Zenobio fuere. Cùm enim alios moribus & sanctimonia antè vicisset, seipsum in ea dignitate vicit. Quod etiam Dominus, manifestis miraculis per eum operatus, ostendit. Nam die quadam ad ecclesiā S. Marci rix trans Tyberim, cum Damaso ibidem celebraturō contendens, à filio præfecti, qui fortè partiticus lecto iacebat, protinùs accersitur. A quo cum importunitate laceffitus ac multis lacrymis exoratus, in orationem se pro eo dedit. Quæ operata, manu ægrotum cepit, signoque Crucis edito, per ægroti corpore, sanum hilaremque leuavit.

Crucis signo sanat paralyticū.

Alio quoque tempore, cùm in Oriētis partibus pestilens hæresis cuiusdam nouæ contagio pietatem depopularetur, ad illam profligandam, missus à Pontifice Zenobius, Constantinopolim nit: vbi acerrimis disputationibus & vitæ monia miraculorum virtute consignata, à dæmonibus miserabiliter obfessos, coram populo, sua oratione liberauit) errore ita sit, vt nemo eam hæresim admodum afferere, omnia tempora ausus fuerit. Quibus ritè per Romam reuersus est. Interea Theodoro Florentino Episcopo, vitæ munere sanctissimè perfuncto, nobius ab omnibus successor expetitur, & importunè opportuneque vrgentibus, ab ipso

Cōsecratur
Florētinus
Episcopus.

Pontifice Florentinus Antistes consecratur,
 Tusciæ metropolitanus instituitur, anno
 Incarnatione Domini trecentesimo
 Damasi Pontificis anno fere 4, imperatibus Va-
 lentiniano & Valere. Quo tempore seculum istud
 sanctissimorum sanctissimorumque virorum erat
 Igitur Zenobius hoc munere antisti-
 tibus inuitus decoratus, cum iam Roma Flo-
 rentinam, commissum sibi populum rectorus perge-
 nit ab ipso Pontifice nouo dono, duobus vide-
 Sanctorum corporibus Abdon & Sennen af-
 fixis. Quæ vir sanctus quasi mutua inter se ami-
 citiarum posteris monumentum, magno cum
 honore assumpsit, & in maiori ecclesia, sancti vi-
 uat Saluatoris, sub altari honorificè colloca-
 A Florentinis verò tanta læticia exceptus est,
 eius ingressu plures dies festos solennesque e-
 At sanctus Zenobius quanto magis à Domi-
 nitabatur, tanto studiosius seipsum deprime-
 Corpus longa inedia, multis vigilijs, assiduis
 orationibus, hispida hirsutisque cilicijs, maiori
 inquam castigatione, macerabat: omnesque
 Tusciæ prouentus, præter exiguum sui suo-
 que victum, in Christi pauperes distribuebat.
 autem animum à publicis curis & populari
 interdu vacuum ad contemplationis dul-
 coram reuocaret, in quadam parua ecclesia Se-
 renam versus vitam pœnè eremiticam du-
 cit. Vbi etiam non raro animam Ambrosij (post
 in humanis esse desierat) pro populo Floren-
 tianæ supplices ad Deum preces fundentem vidit.
 mirum, cum multis alijs eum in vita miracu-
 losè illustrauerit. Nam cum mulier quædam
 generis & opû existimatione valde clara,
 in ci-

Liberalitas
eius in pau-
peres.

Videt ani-
mam S. Ambro-
sij.

in ciuitate Florentina, mortuo viro, duos superstiti-
 res haberet filios, quos blanda & nimia indulgentia
 in suam ipsius perniciem & perpetuum animi lu-
 ctum educauerat; illi quodam die, insano furore
 mentis agitati matrem propriam plurimis verbe-
 ribus enormiter flagellarunt. Quod scelus ipsa im-
 patienter abhorrens, corpora illorum horrendis
 imprecationibus detestata est, genibusq; procum-
 bens & terram manibus pulsans, Erynnim cateru-
 que furias infernales, in rabiem filiorum, magno
 cum gemitu inuocauit. Exaudiunt ab imis tenebris
 demones: iuuenes aggrediuntur, illos furis exa-
 rant. Qui statim, vt rabidi canes, mordaciter mem-
 bra sua membra corrodunt. Concurrunt famulae
 fit clamor ingens. Alij funes, alij cathenas ferunt.
 Ligantur iuuenes, nec rabie contineri valent. Mater
 pietate commouetur, iam facti pœnitent, de
 tantæ calamitatis æuētum deslet: plangit, nec quæ-
 rere potest, quid agat, cogitare valebat. Interim occurrit
 moria quæ de Zenobio audierat, & accepto con-
 silio, speque recuperandæ salutis, licet pagana, lachry-
 men credula, ad Zenobium filios adduci procurat.
 Cuius ipsa pedibus prouoluta, fatetur rem gemitibus
 Deum suum exorare dignetur, precibus & lacrimis
 mis fideliter orat. Ille infelicem inuenum commo-
 uitate miseratus pieque commotus, ait ad matrem
 erem: Constante age mulier & crede, quod Dominus
 nus noster Iesus, qui illos modò post orationem
 am sanitati restituet, verus est Dei filius, & creator
 creator & Dominus. Et statim in basilica Saluatoris
 ris, vbi aderant, coram vexillo Crucis se prostrat
 nens componit: vbi duabus admodum horis in oratione
 tione expletis, surrexit & iuuenes signo Crucis
 nedicens ab inmani demonum furore liberatos.

**Vltio in fi-
 lios matrē
 verberātes.**

**Zenobius
 precibus &
 signo Cru-
 cis pellit
 demones.**

illi verò sanitatem consecuti, vnà cum matre tota-
ne familia, salutari lauacro mundati, totos se
Christo in omni vitæ sanctitate consecrârunt.

Nec multo post tempore quædam Gallica,
illustri stemmate nata, Romam magno comitatu
ostendens, rumore admirabilium Zenobi, virtu-
tum excita, ad eum, ex ipso itinere, visendi studio
evertit. Cuius vitæ sanctissimæ meritis ædificata,
unicum suum filium, ex itineris incommodis debi-
torem factum, viro Dei studiosè cõmendauit. Sed
occidit vt is idè, absente Zenobio, vitã cum morte
permutaret. Quod vt cognouit inclyta mulier, lu-
tu lachrymisq; miserabiliter deformata, puerile
obauer ad pedes viri sancti proiecit, orans & per
suas miseraciones obestãs vt filium, vnicam fami-
liæ totius spè, præter omniũ suorum mentem secũ
patria aduectũ, sibi restitueret: alias nunquã se
vniuerso patriã visuram: sed in perpetuo luctu &
mallore inuisam lucem abrupturam. Sanctus rei
conuitate & muliebri lamétatione attonitus & ma-
gnis lachrymantis gemitus, & depositi apud se pi-
oris interitum miseratus, sacra Oriëntem versus
seu deflexit, & oculis manibusq; ad cælum sub-
leuatis, pijs orando lachymas fudit: formatoq; super
cruce Crucis signo, puerum manu cepit: atq; ab
oratione surgens, illum pariter rediuiuum erexit.
Interim parentibus suis è corpore commigran-
tibus, Zenobius possessiones hæreditarias paula-
tim diffraxit, earumque præcia mira benignitate
pauperes erogauit. Porrò quas apud Pastinianũ,
Florentini, possessiones habebat, diuino cul-
tu mancipauit: constructoq; ibidem amplo cœ-
nobio, duodenarium in eo monachorum nume-
m instituit, qui septi claustris, vitam sub Abbate
cœno-

Oratione &
cruce signo
mortuũ vitæ
reddidit.

Cœnobium
extruxit.

cœno.

coenobiticam ducebant. Sed nec illud tacendum, quod quendam multos annos coecum, praeforibus templi mendicare solitum, Crucis signo illustraverit, & cum lumine corporeo fidei lucem mirabiliter contulerit. Alio vero tempore cum Ambrosianam ecclesiam sedulus pastor peragraret, summo adolescenti cuiusdam nobilis obuiam habuit. Quod cum studiosè declinare vellet, ciuium corona praeventus, non potuit. Ibi igitur omnes conclamare coeperunt, ut conciuem resuscitaret, qui peregrinae mulieris filium vitæ reddiderat. Sanctus autem, ut arrogantiae crimen euitaret, negauit Gallicæ mulieris filium, suis meritis, sed matris fide, suscitatum esse. Quam illi exultationem cum nullo pacto reciperent, Sanctus eorum fide per specula, se in orationem dedit. Qua cõpleta pariter cum adolescente viuo & incolumi, non sine maximo omnium thopore, surrexit.

Exirat de sanctum.

Puer quidam matris suæ viduæ vnicius, annorum quinque, in via iuxta cathedralem ecclesiam Saluatoris ludibudus, à prætereunte aurigæ curru miserabiliter oppressus expirauerat. Quem caecissimam moestissima mater ut rescituit, lamentabili plangitum plorans, filium sustulit, pannisque inuolueum beato Zenobio, per Eugenium diaconem eius, offerendum curauit. Quem vir sanctus benigne suscipiens multis cum precibus & copioso lachrymarum tribre Deo obtulit, qui solica misericordia seruatum suum respiciens, puero integram sanitatem restituit, prorsus ut nullum in eo læsionis vestigium appareret.

Item alium.

His alijsque virtutibus & operibus sanctissimus clarus Zenobius, de uexa iam ætate, in morbum incidit, cuius vi acerbissime cõsistatus, tandem cum



signi sanctitatis significatione, e viri migravit, moritur vlc
 mo ætatis suæ nonagesimo. Instauratæ verò salu- sanctissi-
 quadragesimo vigesimo quarto. Reliquit vir mus.
 sanctissimus vniuersæ ecclesiæ magnum sui deside-
 rum, eum multis lachrymis & insigni luctu coniuun-
 tum. Corpus fuit ab electis Clericorū ipsius aro-
 nibus conditum, & ad Ambrosianam ecclesiam
 portatum, vbi multò ante locum sibi sepulturæ
 gerat, & honorificentissimè in monumentum
 umoreo decorum opere illatum.

Post Zenobium verò ad episcopalem cathedrā,
 Andreas cuius Florentinus euectus fuit, qui, visis
 in Ambrosiana ecclesia ob Zenobij merita à
 mino fiebant miraculis, hunc honorem prima-
 saluatoris ædi potius deferendum statuit. Itaq;
 anno presulatus sui anno loculos viri sanctissimi
 hunc humeris imposuit, qui magna cum po-
 celebritate & festiuo gaudio, ad maiorem ec-
 clesiam eos deportarunt. Ecce autem dum quisque
 viribus eos contingere conatur, pontifices, tu-
 rantis populi compressione, de casu pericli-
 ces, vt lubricantes firmarent gressus, manum ad
 eam & antiquam valde vlmū extenderunt, quæ
 corporis contactu protinus floruit & emor-
 multo tempore vires recuperavit. Quæ cum
 Insigne mi-
 raculum.

deuoto populo per frustra discerperetur,
 centini ciues, in perpetuam tantæ rei memori-
 marmoream cum Cruce, eodem in loco, co-
 ram erexerunt: quæ in hodiernum vsque di-
 permanens, omnibus tam præclari miraculi
 rem testatam facit.
 Quæ igitur episcopi, resumptis viribus, cor-
 sanctissimum ad ecclesiam detulerūt, ibidemq;
 eadem caratumba honorificè collocarunt. Ad
 quod

quod eum plures diuersis oppressi languoribus, pro
obtinenda salute confluere, inter alios puer qui-
dam à demone miserabiliter obsessus, nulla via vel
modo ingressum in ecclesiã inuenire poterat. Nam
hic cum olim febribus laboraret, & ob contractam
fitim, nocturno potissimum tempore, pocu-
lum offerenti ingentes molestias adferret, illa tan-
dem fessa & somno oppressa, cum iterum à potero
excitaretur, indignanti animo poculum cum dicitur
hac deprecatione tradidit, dicens: Vnã cum hoc di-
abolium bibe, quod nec minus securum est. Non e-
nim malignus prestò adfuit, qui saua ad eò crudi-
litate eum exagitauit, vt vix vllis vinculis con-
stringi, remedio verò nullo liberari potuit. Tan-
dem pijs quorundam precibus & ieiunijs aduer-
satum ad S. Zenobij monumentum inuenit: ubi
malo hospite, non sine aditium horrore, tandem
liberatus fuit. ①

Vide impre-
catione ma-
sis in filiũ.

VITA B. ALDELMI EPISCOPI SCHL-
REBURGENSIS. ex ea que est apud Suerium, cuius etiam

Beda præclarè meminit Ecclesiast. histor. Angl.
lib. 5. cap. 19. Excessit ex hac vita anno Domini 909.

Maij 25.

Patriæ & pa-
scentes eius.

Beatissimus Aldelmus splendidissimo Anglorum
stirpe & regia prosapia ortus, patrem ha-
buit Kennetum, Iux Occidentaliũ Saxonia
regis fratrem germanum. Qui post exactos patri-
æ annos liberalium disciplinarũ studijs eum
mouit: in quibus tantò breui tempore progressus
fecit, vt ipso etiã magistrò suos, quos Græcos
tinosq; habuit doctissimos, multis parafangit
ueñterit. Postea verò quã cana quãdã animi
dementia, variã & instabilem rerum humanarum
disionem, & lubricum naturæ statum, in sua
tandem

edine & flagitio præcipitante & cæco impetu in
 vestem ruentem, satis expendisset: ne ipsdem ali-
 quando sceleribus implicaretur, ad tutissimū reli-
 gionis portum, in Meldunensi monasterio cōfugit,
 eoque ab imminente vitiōrū tempestate subduxit:
 & summa contentione, Christi gratia adiutus, ad
 perfectionis apicem aspiravit. Domabat incredi-
 bili austeritate corporis petulantia, frangebatur pre-
 cibus & vigilijs rebelles motus, & assidua cælestiū
 contemplatione, vagos animi motus cōpri-
 bebatur. His igitur virtutibus clarus, primò ad pre-
 ceptorij, inde mōx ad Abbatis honorē euectus est.

Fit Monachus.

Vitz eius austeritas.

Fit Abbas.

Cū autem die quodam in Lateranensi ecclesia
 unum sacrificium peregisset, casulam exuēs, per
 ameros dimisit, ratus aliquē ex ministris præsen-
 tem fore, qui eam exciperet. Sed cū nemo mini-
 strorum adesset, mox diuina prouidentia, splen-
 dore quidam eximius, per fenestram immissus, So-
 laris radij instar, eam sustinuit: in cuius miraculi
 memoriam, casula illa in Meldunensi ecclesia ha-
 bitus asseruatur.

Per idem tempus puer quidam ex incestu geni-
 tore, divulgato prauorum quorundam hominū ru-
 ore, Pontificis filius ferebatur. Qua re commo-
 tus Aldelmus, multumque dolens Pontificem
 ad vulgari sibi amicitia deuinctū, eiusmodi fœ-
 deri infamia, puerum non nisi dies nomen natū ex-
 pectari iubet: eiq; in virtute & nomine Iesu Christi

ZZ a impe-

Infans no-
uem dierū
loquitur.

imperat, vt edicat, num Sergius Pontifex, eo se fecere obstrinxerit. Cui infans distincto apertoque respōdit sermone: Pontificem illi crimini nequam affinem esse, nihil illum foramineo cum lexiu commercij habere. Atque itā Aldelmus & ab amico Pontifice depulit infamiam & sibi gratiam cumulauit.

Ea tempestate à Berthvvaldo Archiepiscopo ad colloquium accitus, cum ad littus maris iter haberet, nauæ quidam, quòd fordido viderent habitu indutum, illum habere ludibrio atque contemptui non verebantur. Eccè autem aduerso spirante vento mare intumescit, sæuaque tempestate nauas in summum vitæ periculū adducit. Cùm autem presens iam mortis imago ob oculos eorū versaretur, ad pedes viri sancti prostrati, commissum in eum crimen, cum lachrymis, detestati sunt. Ille vero pia eorū poenitudine accepta, pro ferenda opes phā ingreditur, quā simulatq; corpore suo prelit, ad omnē tranquillitatem mare se composuit, nauæque cum nauī ad littus incolumes appulerunt.

Miraculum.

Construxit etiā vir sanctus tria monasteria, postea à Danis euerfa sunt. Diuitiarum fuit collector egregius, adeò vt omnia sibi collata, in pauperes expenderet. Corporis verò domitor lucidissimus, vt pote qui carnem suam in fontem gelidissimo humero tenus domaret (qui fons ab eodem Aldelmi dictus est) nihilque acerrimo frigore absterritus, per noctes illic in precibus & pœnitentiâ persistebat.

Obserua vt
vir sanctus
carnem do-
mārit.

Quodam tempore Roma per Alpes iter habens altare ex marmore candido secum deferebat, quo lubricante gressu iumentū, in duas partes casu pui scissum est, ipsumq; iumentū miserimè con-

tm. Cu
notus Al
preces fuc
to sanitar
tar autem
ramnum
coriam re
Tandem
duas par
Daniel VV
urgiam H
re loco pr
rum op
al. Lunij;
em honore
no Domi
regina Abt
actus fuis
quodam re
ditionis in
rum mon
sequit.
IT a 8.
Confessor
anglorum
ta que est p
seculo anno
Nno a
mo 92
one vi
omanæ Eccl
euectus e
leo flagrans

...eo se se-
...peritoque
...ini nequa-
...o cum leu-
...s & ab ami-
...rariam cu-
...piscopo ad
...is iter habe-
...rent habita-
...contempna
...orante ven-
...te nauas in
...autem pra-
...i ver faretur
...ffum in eum
...t. Ille vero
...nda ope se-
...e suo preste-
...po fuit, ca-
...pulerunt.
...nasteria, qu-
...um fuit con-
...i collata, in
...omitor fore
...a in fonte-
...ni fons ab ea
...rimo frange-
...us & pfa-
...iter habet
...erebat, qu-
...res calig-
...rimè e-
...can-

...m. Cuius læsione ad dolorē lachrymasque com-
...norus Aldelmus, toto corde ad Deum conuersus
...reces fudit, impartitaque benedictione & iumen-
...o sanitatem & altari integritatem restituit. Fer-
...at autem hoc altare in prouincia Somerscetana,
...iamnum rupturæ eius vestigia, in miraculi me-
...noriæ referuare.

Miraculū.

Tandem verò VVestfaxoniz plagæ episcopatus,
...duas parochias distributus est, præfectusque est

...aniel VVintoniz, Aldelmus verò apud Schire-
...argiam Hedda episcopo subrogatus est, qui vtri-

Fit Episco-
pus.

...que loco præfederat. Deindè plenus dierum & san-
...torum operum, migravit ad Dominum, octauo

Obitus eius

...no Domini 709. postquam annos quatuor supra
...piora Abbatis, & episcopatus munere, quatuor

...actus fuisset. Porrò eluxit in viro hoc præcipuū
...modam religionis argumentum, & præstantis e-

...ditionis indicium, quod præclaris scriptorum
...rum monumentis, posteris omnibus testatum

...quit.

VITA S. AVGVSTINI EPISCOPI ET
...Confessoris, qui missus à B. Gregorio Papa, primus

...Anglorum genti Christi Euangelium predicauit. ex
...ta que est per venerabilem Bedam. Migravit ex hoc

Lib. 1. cap. 21

...culo anno Domini sexcentesimo nono.

...No ab Incarnatione Domini quingentesi-
...mo 92. Gregorius eximia pietate ac religi-

Maij 26.

...one vir, anno Imperij Mauricij decimo, ad
...monaz Ecclesiæ regimè summumq; honoris cul-

...m euectus est: qui gentis Anglorum salutis mi-
...sero flagrans desiderio, anno eiusdem Imperato-

conferuaret) in Infula Tanetos commodum Infula Tanetos.
 manendi locum eis assignauerat, donec ha-
 cum suis confilio, quid eis faceret, statue-

Post dies igitur aliquot, Rex honorifico septus
 mitatu, ad Insulam venit, residensque sub dio,
 Augustinum cum socijs ad suum ibidem colloqui-
 adesse iussit. Cauerat enim, ne in aliquam do-
 cum ad se introirent: veterem vsus augurio, ne su-
 uentiu suo, si quid maleficæ artis habuissent,
 am superando deciperent. At illi non dæmonia-
 sed diuina virtute præditi, Crucem pro vexillo
 gentem, depictamque in tabula Saluatoris ima-
 gem ferentes, litanias canebant, & pro sua, simul
 que, propter quos & ad quos venerant, sa-
 æterna, supplices Domino preces fundebant.
 que iubente rege, de vna in Deum fide & reli-
 gione & de præmijs cælestis gloriæ, omnibus Chri-
 stianis constitutis disserter incepissent; rex
 admiratione captus: Pulchra quidem, inquit, sunt
 & promissa, quæ affertis: sed quia noua &
 incerta, non possum his assensum præbere, relictis
 que tanto tempore, cum omni Anglorum gente
 manui. Verum quia ab omni vos fraude doloque
 reos video, nolimus vobis molesti esse; quin
 vobis benigno fauore prosequentes, quæ victui
 & necessaria ministrari, sicut hætenus, curabi-
 mus: nec prohibemus, quin omnes, quos potestis,
 vestra religionis, prædicando, societis. Hæc
 dixit rex, mansionem eis in Dorouernensi ciui-
 tate, totius Imperij sui metropoli, assignauit.

Augustino
 fit copia præ-
 dicandi.

Augustinus igitur, hæc regis beneficentia inuita-
 ta mente, cum suis in opus Euangelij incum-
 bere cepit. Et primùm quidem ieiunijs, vigilijs,
 præc-

Enzelum S.
Augustini
pro salute
omnium.

precibusque assiduis, diuinum numen propitiū habere studuit. Inde se incredibili mentis ardore paratū ostendit, pro Christi sanctissima religione, necem & cruciatum, si ita opus fuisset, oppetere. Quid mora? Nonnulli, perspecta tanta viri charitate & omnium salutis desiderio, Christo crediderunt, seseque aquis lustralibus, ab omnibus delictis mundatos, ad parem vitæ innocentiā totis viribus sectandam excitârunt.

Templum
S. Martini
vetustum.

Erat non procul ab ipsa ciuitate templū, ab ipsius Romanis Britanniam olim incolentibus, extructū S. Martino sacrum, in quo Regina precibus & religionis Christianæ mysterijs operam dabat. In hoc ergo, cum Augustinus cum suis rem diuinam frequenter ageret, & statis solēnibusque caeremonijs diuinorum beneficiorum ac munerum amplissimam in oculis & aspectu omnium constitueret, luculenter interim de religione Christiana discerneret, ipsum tandem regē inter alios Christi amore inflāmauit, sanctissimisque disciplinis ita illustrauit: vt paucis post diebus multis cum lachrymis insigni pietatis significatione sacris aquis se exornandum commiserit. Cuius exemplo alij mox prouocati, certatim ad salutarem fontem confugerunt. Quorum fidei & conuersioni ita congratuata rex esse perhibetur, vt nullum tamen ad Christi sacra suscipienda cogeret, sed tantummodo creditores arctiori dilectione quasi conciuēs sibi regni celestis amplecteretur. Didicerat enim à doctissimis auctoribusque suæ salutis, voluntarium sacramentum, non vi mala coactum, ab hominibus expone neque vim mentibus inferendam, sed voluntate ad studium veræ religionis alluci & inuicere.

Rex Edelbertus credit.

Item alij multi.

Ar verò illi fultus: Romanum fuisse a dēmo consecratam ipsa ciuitas: Berchus & Augustinus: vir sanctus: multorum p: vique he

Interea Augustinus foelicibus hisce initijs gaudens plurimum, venit Arelatem, & ab Archiepiscopo eiusdem ciuitatis Aethereo, iuxta voluntatem, S. Pontificis Gregorij, Archiepiscopus genti Anglorum ordinatus est: reuersusque in Britanniam, misit continuò Romam Laurentium presbyterum & Petrum monachum, qui Pontificem rerum omnium, quæ propicio Christi numine, gesta fuerant, certiores redderent.

S. Augustinus hic Archiepiscopus,

Tum verò Gregorius, cum esset studio Christianæ religionis propagandæ vehementer incensus, misit alios sacerdotes, pietatis opinione præstantes, in illam regionem misit, vt communibus operentur eos, qui nondum erant lustralibus aquis expiati Christi fidem perducerent: & eos qui iam Christi nomen dederant, clariore disciplina confirmarent. Misit præterea sacras vestes & vasa, & codices diuinos, sanctorum etiam reliquias, aliaque ecclesiæ ornamenta plurima, vt ijs omnium animos studio Christianæ pietatis incenderent.

Vide studiū S. Gregorij Papæ ad Anglorum gentem.

At verò Augustinus, vbi in regia ciuitate, episcopi fultus auctoritate, consedit, Ecclesiam, quam Romanorum antiquorum fidelium opera factam fuisse didicerat, recuperauit: & legitimis sacris, à demonum cultu expiatam, Christo Saluatori consecrauit. Insuper monasterium, non procul à ipsa ciuitate, à fundamentis extruxit, quod Ethelberchus Rex, regia magnificentia ditauit, vt in eo & Augustini & omnium episcoporum Dorsetensium corpora, ab obitu conderentur. Interea vir sanctus, vt Britonum animos, ab vnitate ecclesiæ multum dissidentes conglatinaret, omnes Britonum prouinciæ episcopos vnum in locum, qui vique hodie lingua Anglorum Saxonum Augustinei-

Augustini-
gat locus in
Anglia vnde
dicitur.

stineizat, id est, robur Augustini appellatur, con-
uocauit. Vnde autem locus ille nomen istud forti-
tus sit, non erit abs re, latius explicare. Britones e-
nim, præter alia plurima vnitati ecclesie contra-
ria, Paschæ diem à quarta decima vsque ad viginti-
mam Lunam obseruabant: neque poterant vllis
vel monitis vel rationibus vel precibus ab ea teme-
ritate deduci & persuaderi, vt sese ecclesie, totum
per orbem diffusæ, accommodarent. Vnde Augu-
stinus ne quid intentatum relinqueret, quo labo-
riosa ac longæ disceptationi finem imponeret, ho-
minem quendam oculorum lumine orbatum ad-
duci præcepit: statuitque vt quæ pars precibus suis
misero lumen restitueret ea demùm certaminis
palmam obtineret. Hac conditione tam æqua,
tam iusta proposita, aduersarij licet inuiti conti-
cuere, & ægrum nequicquam restituere conati,
tandem ab inutili ministerio cessauere. Post quos
Augustinus iusta necessitate compulsus, genua ad
Deum flexit, preces fudit, & tandem diuinam clem-
entiam pro cæco exorauit, Britonesque decepto-
re notatos egregiè confudit. At illi confitentibus
non ignorare Augustinum optimis rationibus suum
errorem confutasse: non posse tamen ab ipse
suorum consensu priscos mores penitus abdicare.
Postulabant igitur, vt secundò episcoporum con-
cilium indiceret, in quo ea controuersia sopiri pos-
set. Accidit interim vt septem Britonum episcopos
alijque prudentiæ opinione præstantes viri ad con-
cilium ituri, primò ad quendam anachoretam libe-
ritate & prudentia celebrem diuerterent: eorumque
sententiam ea de re sedulò consulerent. Is vero
respondisse fertur: Si quidem Augustinum tantum
humilemque & timore Domini repletum inuen-
-

Augustinus
ezcum illu-
minat.

gene, Incunctanter illum sequerentur: eiusque
traditiones haud secus ac de caelo missas amplecte-
rentur. Sin autem hominem elato animo & su-
perbia eumidum cognoscerent, eum negligenter
quisque sermones tanquam pestiferos execraren-
tur. Atque ut huius rei certissimum possent habe-
re indicium, monuisse fertur: ut diligenter pro-
spicerent, quo ipse prior Synodi locum ascende-
ret. Et siquidem illis appropinquantibus, assurgeret,
nihil dubitarent, quin ipse verus Christi famulus
eorum salutem procurandam missus esset. Sin
autem assurgere negligeret, eum vicissim sperne-
re nulloque prorsus honore dignum iudica-
rent.

His ira constitutis accidit ut illis aduentanti-
bus Augustinus in sella sederet. Quod illi viden-
tes, mox in iram & indignationem versi, eum su-
perbia notantes, cunctis, quae dicebat, summa con-
tentione contradicere laborabant. Augustinus au-
tem cum cerneret eos pertinaci mente concordi-
am ecclesiae proscindere minitans dixisse perhibe-
re, quod si pacis & unitatis studia accipere nollent,
bellum ab hostibus acciperent, & quia viam vitae
Anglorum nationi predicare recusabant, ab eadem
genere poenas tanto scelere dignas reciperent. Nec
sufficit sanctissimi viri multo ante prolata senten-
tia: siquidem Edelfridus rex collecto grandi exer-
itu tantam in ea gente stragem edidit, ut praeter a-
lios viriisque sexus homines, monachos mille du-
centos, qui omnes in monasterio Bancor manuum
harum labore victum quaeritabant, crudeli inter-
fectione deleuerit.

Anno Domini Incarnationis sexcentesima quar-
to Augustinus Britannorum Archiepiscopus duos
antisti-

Britones eam
temnunt Au-
gustinum.

Monasteri-
um Bancor.

Obitus viri
sancti.

antistites Mellitum & Iustum ordinavit, quibus etiam pro sua benignitate possessiones necessarias assignavit. Post quæ vir sanctus plenus dierum bonorumque operum lætus ex carcere corporis huius ad cælos migravit. Cuius corpus in Ecclesia monasterij ab eo edificati beatis Apostolis Petro & Paulo sacra sepulchrum est.

In lib. de vi
ris illustrib.

VITA B. QVADRATI ATHENIENSIS
Episcopi, Apostolorum Discipuli, per D. Hieronymum
presbyterum scripta.

26. Maij.

Liber à S.
Quadrato
compositus

Quadratus Apostolorum Discipulus, Publio Athenarum episcopo ob Christi fidem martyrio coronato, in locum eius substituitur, & Ecclesiam grandi terrore dispersam, fide & industria sua congregat. Cumque Hadrianus Athenis egisset hyemem, inuisens Eleusinem, & omnibus penè Græciæ sacris initiatus dedisset occasionem, huius qui Christianos oderant absque præcepto Imperatoris vexare credentibus, porrexit ei librum pro religione nostra compositum, valde vilem, plenumque rationis & fidei & Apostolica doctrina dignum, in quo & antiquitatem suæ ætatis ostendens, ait plurimos à se vivos, qui sub Domino varijs in locis oppressi calamitatibus sanati fuerant, & qui à mortuis resurrexerant.

VITA S. BEDAE PRESBYTERI ANGLICI ex Trithemio Abbate, Lib. 3. cap. 155. De Viris illustribus. Sigebertus eum obiisse scribit anno Domini 731. Trithemius vero 33. anno ætatis suæ 72. Leone Imp. Consule Baronium in notat hoc die.

Eda vir doctrina & sanctitate toti orbi conspicuus, in extremo orbis Angulo natus, puer septennis in monasterio SS. Apostolorum Petri & Pauli in Anglia artium maximarum disciplinis imbuendus à parentibus est traditus: in quibus tanta claritate eluxit vt maximum sua eruditione Ecclesie vniuersæ splendorem attulerit. Anno ætatis sue nonodecimo Diaconus, tricesimo verò, summa cum opinione virtutis, presbyter ordinatus est. In quo tempore ad vltimum vsque vitæ spiritum, cum se diuinis literis tradidit consecrauitq;: adeo vt nihil sibi dulcius nihil suauius fateretur, quàm minas opes in sanctis literis abditas & reconditas cellula mente dies noctesque scrutari. Et quidem tanto in pretio doctrina eius habita fuit, vt ipse Pontifex Sergius fama virtutum & eruditionis commotus, eum ad se accersiri curauerit: quò tanto eius ingenio in arduis Ecclesie rebus vti iussit.

Erat ei in more positum vt post lectiones sacras ardentissimum orationis se conferret studium, quod & mentis suæ habitaculum orationibus & Ecclesiam doctrina illustraret. Tanto autem diuinarum rerum amore æstuabat, vt ne momento quicquam temporis ab ijs se auelli pateretur. Hinc cum non omnis literaturæ rudis & ignarus monasterium ingrederetur, in tantum studio & labore profectus vt omnes etiam in prophana scientia Angliæ doctores longè superauerit. Artes quas vocant liberales scriptis suis egregiè illustrauit. Græcæ & Hebraicæ linguæ haud mediocriter peritus fuit, quos habuit multos eosque egregia probitate conspicuos suo exemplo & studio ad assuetam scripturarum amorem prouocabat. Nec solum

27. Maij.

Traditur literis in monasterio septennis.

Sergius Pontifex eum ad se vocauit.

Egregia eius eruditio.

solum studijs, sed quod ijs amplius est, religionis
& sanctitate quos docuit fecit insignes. Fuit autem
vir per omnia magnificus scientia & morum honestate
venerabilis.

Erat autem decentis stature, incessu grauis, voce
sublimis, ore facundus, vultu decorus, & quaedam
mixta iucunditati seueritas. Vnde bonis & studio
pietatis deditis erat affabilis superbis autem & negli-
gentioribus terribilis. Mansuetudine autem &
humilitate sibi in monasterio parem non habebat.
Quicquid autem studio & meditatione de scripturis
haurire poterat, sine inuidia communicabat ijs,
quos idoneos viderat, & in amore scientie salutaris
flagrantes. Confluebant ad eum undique innume-
rabiles, qui eius sese disciplinis subdere cupiebant.
Et quid multis? Certè talis ac tantus erat ut
omni laude maior esset.

Tandem post multos labores, quos scribendo &
docendo impenderat, animo toto suspirans ad patriam,
in debilitatem incidit, continuisque seipsum
hebdomadibus ante mortem, stomachi inflammatione
cibus nauseantis laborans, & angustio spiritu
halitum producens, studium tamen literarum
nequaquam omisit; sed totis ijs diebus (præter
debitum Psalmodiæ pensum) illi intendebat: Euangelium
Ioannis ijs diebus Anglicana lingua interpretatus
est. Discipulis autem discendi amorem ingerens
dicebat: discite filioli, quamdiu vobiscum sum.
Feria autem tertia ante ascensionem Domini
modicus tumor in pedibus apparuit: tunc cito
congregatione caelesti epulor, quo corpus & sanguis
Christi Domini continetur, viam suam munivit:
osculoque cunctis libato futuram sui memoriam
a singulis implorauit. Nonnullis etiam oblati-

miliarem amicitiam Xeniola, quæ in secretis habebat, largitus est. Die autem ascensionis Domini subiecto cilicio decumbens, illibato sensu & hilarivultu spiritum in manus creatoris efflauit. Mox tam suavis est odor subsecutus ut cuncti qui aderant, in paradyso se esse existimarent. Corpus eius primò fuit in cœnobio sepultum. Postea verò cum sancto Cuthberto (à quo eius acta fusius scripta testatur Molanus) in Dunelim translatum dicitur. De eo verò quod oculis orbis fuisse fertur, deque sepulchri ipsius epitaphio, quod Petrus in Catalogo refert his verbis: Cùm, inquit, discipulus eius, sepulchro defuncto, titulum sepulchro ponere disposuisset vnico carmine Leonino sic incipiens: Hæc sunt in fossa. Velletque finire: Bedæ sancti vel presbyteri ossa, nec metrum stare posset, nec vllum eius vocabulum aliundè occurreret, tædio affectus, tantum iuit dormitum: & ecce mane in tumulo Anglicis manibus reperitur insculptum. Bedæ venerabilis ossa. Vide Baronium qui ea ex scriptis Trithemij fabulosa esse dicit. Certè Trithemius testatur longè aliud epitaphium sepulchro eius inscriptum fuisse quod refert lib. 3. cap. 155. De viris illustribus Ord. S. Benedicti. estque huiusmodi.

Moritur vii
sanctus.

In nota
hoc die.

*Presbyter hic Beda requiescit carne sepultus
Dona Christe animam in calis gaudere per æuum.
Daque Sophia illum debriari fonte, cui iam
Susspirauit ouans intento semper amore.
Hæc sunt in fossa Bedæ Venerabilis ossa.*

VITA

VITA BEATISSIMI GERMANI PARISIENSIS EPISCOPI, ex ea qua est per Fortunatum Pictavorum episcopum. Migravit ex hac vita anno Domini 578. numeraturque decimus nonus eius sedis episcopus.

28. Maij.
Patria & parentes.

Mater gravidam cum vult, nec potest, extinguere.

Item avia.

Beatissimus Germanus Parisiorum Pontifex in territorio Augustodunensi patre Eleutherio, matre verò Eusebia honestis honoratissime procreatus parentibus, ante quàm lucè aspiceret hanc dubia futuræ sanctitatis signa in vtero materno dedit. Cùm enim eius genitrix ab edito partu, brevi post tempore hoc foetu se gravidam sentiret, muliebri mota pudore, nitebatur ante partum infantem extinguere. Et accepta potione, ut abortivum projiceret, cùm venena lædere non valerent, accedens in ventrem pondere sui corporis præfocantem eum conabatur. Hac pugna inter mulierem & viscera durante aliquamdiu, renitebatur parvulus certabatq; cum matre, ut eam à tanto crimine servaret. Itaque expleto partus tempore puer procreatus incolumis, matremque simul innocens reddidit. Hoc autem matris certamine scelerata devicta mox aliud ab avia in eum excitatum fuit. Ut enim vetula avaritiæ peste turpiter infecta, incredibilem habendi sicim illius hereditate persequeretur, nefas explere posset, nefaria secum convulsiva de adolescentis nece tractare cœpit. Nec mirum, cæca cupidine inflammata potionem in pupillam condidit, vinumque in alteram potavit. Accipitque puellæ, ut redeunt à scholis Germanus cum Stratidio propinquo, illi vinum, huic verberum deficium propinet. Sed ministra per ignorantiam

Sancto Germano, venenum verò dat Strati-
o: & dum in fonti præparatur interitus, auctor
dit in laqueum.

Hoc igitur modo secundò iam dæmonis fraude
Paulò deinde securiùs in pietatis studio ver-
ei concessum est. Prorsus vt ætatis suæ quinto-
anno, dignus habitus sit qui à beato Agrip-
Diaconus institueretur: & sequenti deinde
presbyter consecraretur. Hac sacri mune-
ratione decoratus tam egregium virtutum de-
splendit splendorem, vt paulò post à venerabili
Nectario ad Abbatis officium in S. Sym-
oniani monasterio assumeretur. Ibi verò præter
virtutes studiose admodum benignè faciendi
disciplinam exercuit: adeò vt nec panem quidem
sustentationi necessarium reseruaret, sed
cum reliquis rebus pauperibus distribueret.
res cum fratrum animos in eum concitaret,
in cellulam se abdens lachrymis ibidem dolo-
suum lenire cupiebat: & ecce dum murmur
eius quietem eius perturbat, & ille precibus ad-
minum confugit, Anna quædam matrona nobi-
lena omni annona carpenti mittit vehicula:
monachi viso miraculo terrentur. Episco-
autem bonis eius operibus inflammatus in cu-
llam eum detrusit: cui diuino nutu ergastulum:
atum fuit, sed is pedem efferre noluit, nisi sup-
episcopalis daretur benedictio.

Dehinc crebris adeo miraculis inclarescere cœ-
vt dæmonia passim eum prædicarent, & ipsa
iura legesque à Deo præfixæ illius virtuti
cerentur. Fugabat morbos, languores pellebat
vltimum vitæ discrimen adductos precibus
sanitati restituebat. Nec mirum sanè, vt potè
qui

Fit Diaconus inde Presbyter.

Item Abbas,

Eius Eleemosynæ.

Crebra eius miracula.

¶

qui

*Cognoscit
diuinitus se
episcopum
futurum.*

*Eximia eius
benignitas
ad pauperes.*

*Moritur fe-
licissime.*

qui angelica quadam mentis puritate vigeat, & intimo amoris vinculo totus per cōtemplationem Deo coniunctus erat. Hinc ante annos fere quatuor quā episcopi dignitatem capere dūno in somnis oraculo admonitus ad Parisiorum tēturam vocari intellexit. Indē precibus vigiliisque et præcipuē benignē faciendi studio viam ad eum gradum muniuit quotidie. Post quā verō ad illud honoris fastigiū euectus fuit, virtutes quas antē multō mente parturierat aperto sinu plene effundere cœpit. Quicquid vel res ecclesie vel populi oblatio vel regis deniq; munificentia illi conferebat id totum larga manu pauperibus erogabat, tantaque vigilantia omnium inopiā consulebat, vt cunctis graui paupertatis onere antistitis sui beneficio releuatos se gauderent. Nec miras inter im amaram saluti consulebat quippe, vt eas ex eceno pccatorum extraheret corpora quouis morbi genere vexata vel precibus vel crucis signo curabat. Tanta quoq; in demones potestatem obrinebat, vt venientem passim formidarent, atque ex ipsis corporibus quæ obsidebant, deprecarentur vt eiectos latrem liceret per sylvarum folitudinem miseros errare. Fuit præterea tanta miraculorum gloria clarus, vt summi infimique tanquam salus omnium præsidem, & à supernis demissum sedibus intuerentur. Nos si singula, quæ cum admiranda sanctitatis opinione gessit, miracula prosequi vellemus, vix iusto volumine cuncta cōprehendere possemus. Itaq; plenus dierum & bonorum operum cum cœlitus de suo ad alteram vitam transiit edocuisse fuisset octogenarius læto hilariq; animo è via decessit victorque ad cælos euolauit.

CERT
famij
per Sa
Martij
testimon
Med
vatoris
ijdem
Vo
ven
dum
arant, vt
ze vigin
in, veru
tanz fidei
ze & prud
ntius ciuis
tha vener
miniter
olum mar
mult Barb
ntis pacem
tia ac piet
erijj cōs
angelij dati
am demon
ta tempo
spargit fru
ulenta ge
us Dei ser
nata mans
sed dum
mbas offer
sanctos co

CERTAMEN SS. MARTYRVM, SIN SANCTI, & Alexandri, ex eo quod est per Sanctum Vigilum Episcopum Tridentinum & Martyrem. Passi sunt Anno Domini quadringentesimo, quo Romana Ecclesia praeerat Anastasius, Mediolanensi autem Simplicianus. Honorij imperatoris anno 6. quo etiam consulatu S. Vigilus ab istem Gentilibus occisus est.

Vo tempore Tridentinae Ecclesiae sanctus ac venerabilis praesidebat Vigilus, qui postmodum ipsam sedem sui sanguinis effusione deperavit, ut quandam regionem Anagninam nomine, viginti quinq; millibus ab vrbe Tridentina distant, reculta gentilis erroris caligine occaecata Christianae fidei lumine illustraret, tres ad eam viros pie & prudentia insignes destinavit. Ex quibus Sifinnius Ethnicus Cappadociae, genere Graecus ipsa seculi venerabilis & diaconatus munere insignitus, minister altaris ministerium verbi Evangelici sussummaret intrepidè in hostilia castra pedem tulit Barbaraque nationi novam Christiani nominis pacem annunciauit. Huic Martyrius paricolonia ac pietate vir Lector, & Alexander Ostiarius Martyrij consanguinitate germanus socij in opus Evangelij dati fuere, qui dum coniunctis virib; nefaria demoniorum cultum delere conantur, & per longa temporis spatia paulatim semen diuini verispargunt fructus minimè poenitendos colligent, insolenta gentilitas pietatis odio prouocata aduersus Dei seruos pugnatura surrexit. Sancti autem mansuetudine publicum furorem superauerunt: sed dum quoda die infando ritu victimas dæmonibus offerrent & ad eandem impietatis societatem sanctos cogerent, illi deopostamansuetudine cõ-

29. Maij.

Sifinnius Ethnicus Christum prædicauit.

Martyrius Lector & Alexander Ostiarius.



Ceduntur a-
trociter.

stanter & precise nefarijs operibus communi-
recusantes scelus eorum fulmine quodam verbo-
rum detestati sunt: eosque à tantis tenebris ad ve-
ritatis lucem omni via modoque transferre conati
sunt. At illi & furore mentis & vino ebrijs arreptis,
quæ sors offerebat, armis sanctorum membra fune-
ra cæde lanârunt: Sisinniumque turba & securi-
bus confossum in lectulo pænè exanimem relique-
runt. Vna interim nocte dilata, mox peruenitur ad
ad præmium.

Nam erumpente aurora, cæteris matutinas ho-
ras Deo hymnis & psalmis celebrantibus, gentili-
um manus securibus atq; præustis armata sudibus
subitò irruit: sæuaque direptione diuina mysteria
conculcat. Inter ea S. Martyrius circa Sisinnij ce-
ram deprehensus exhaulanti iam penè spiritum mi-
talem quendam aquæ succum intillabat. Cumque
audito irruentium clamore, in horti secreta, qui
ecclesiæ contiguus erat, secedere vellet à virgine
horti illius proditus ab inimicis comprehensus.

Martyrij ce-
des.

Comprehensus stetit intrepidus, gratias agens vi-
neratus cælo capite, lotus iterùm baptisate pro-
prij cruoris. Indè transfossus stipitibus ad idolum
ducebatur: in quo itinere preciosam gemmam
reddidit Christo, & antè victima promeruit, ce-
quàm ad aram diaboli perueniret.

Item Ale-
xandri.

Post hæc studiosè à militibus quæritus Alexan-
der ad fores ecclesiæ in precibus excubans compre-
henditur, qui præclaro certamine gloriosissimam
martyrij palmam obtinuit. Nam apprehensus san-
ctorum corporibus, suspensoque ex collo Sisinnii
tintinnabulo, Alexandrum manibus pedibusque
vincitum in medio eorum viuum collocarunt: ce-
ptumq; hoc modo per aspera loca torquebant.

nee ad vitæ terminum veniret. Neque hac in martyres crudelitate satiati impias in Christum blasphemias voces iactabant dicentes: Nunc vindicet te Christus cuius gloriam & virtutem tantis sæpe præconijs extulisti. At verò ut primùm ad prophætanum veteris Saturni templum ventum est, præmissis in pyram copiosam geminis sanctorum corporibus flagellatis, Alexander iterum confessurus statuitur, ut si vellet euadere flammam præsentem, caremonijs obediret. Verùm vir ille impiorum munera reprobans calore fidei succensus gloriosi triumpho materiam arripuit eandemque cum socijs martyrij palmam elegit.

Taliter ergò consummata sanctorum victoria, atque illis in cælesti sede collocatis, non defuit terror impijs. Nam cum hæc sexta feria comple- vltio diuina.
ta fuissent, subito horrenda quædam nubes caligo-
notam regionem inuoluit, fulmina discurrerunt,
coruscationis rutilus ignis emicuit, ut eam ipsi
impij non iniuste pro sanctorum nece se sentirent
suscipere vindictam. Vnde nec multò post, oues
quæ in errore posita pastorem non agnouerant, pas-
toris sanguine ditati sunt: & vbi diuersorum si-
mulachrorum portenta abundauerant, nunc san-
ctorum martyrum templa superabundant. Quo-
etiam in loco basilica tribus hisce martyribus sa-
cra conlirata est: ad quorum limina fideles con-
currentes, pro fidei suæ capacitare vulne-
rum lauacra & medicinam
conquirunt.

ARA 3 VITA

VITA S. MAXIMINI EPISCOPI TRE-
uerensis, ex ea, qua est per Lupum quendam. Fuit
hic vicesimus sextus Treuironum Episcopus, Inter-
fuit Concilio Agrippinensi, & Sarduano.

29. Maij.

Patria & pa-
rentes eius.

Maxentius
Pictaunorum
Episcopus.

Maximinus
venit Treui-
ros ad S. A-
gritium.

Maximinus vrbs Aquitanicæ Pictaunorū in-
digena clarissimis ortus natalibus patrem
habuit Maxentium virum & stemmatis no-
bilitate & diuinarum humanarumq; rerum cogi-
tatione inprimis clarum. Is post alia acque alia mu-
dana gloriæ insignia tandem Pictaunorum antistes
electus eam dignitate multibus virtus egregie adoe-
nauit. Maximinus vero genitili sola diuino insti-
tū relicto in Galliam Belgicam commigrauit: ubi
se se Agritio Treuironum Episcopo sanctitatis opi-
nione tunc celeberrimo disciplinis imbuedum
tradidit. Qui optima adolescentis indole pluri-
mum delectatus in clerum eum adopravit & preci-
pua ecclesiasticæ functionis munera, propter im-
pugnam probitatem, ei commisit. Interim Quiriacus
quidam mira sanctitate præditus beati Eucharj
Ecclesiam nocturno tempore precandi studio in-
gressus, obseruantem sibi angelum nõ per quierem
sed vigilando intueri eiusque vocem corporeis au-
ribus haurire promeruit, præcipientis, vt Maximi-
num ex diuina iussione redderet certiorẽ, quod
Agritio Episcopo ad superna gaudia intromissus,
mox esset ipse pastorale officium subiturus, ad
Quiriacus properè dum compleuisset, Beatus Ma-
ximinus propriæ fragilitatis rigidus æstimatus,
huic honori modis omnibus se imparem fatebatur
imminentemq; humeris sarcinam quauis via de-
pare satagebat. Sed Agritius angelico ministerio
admonitus, vt eum sibi successorem instituat, sine
mora

moia diuino parens imperio suis benedictionibus
 confirmatum, post se futurum designat pontifi-
 cem. Nec multo post Agritius corporeis vinculis
 solutus in gloriosissimum beatorum confessorum
 coetum commigrauit. Maximinus vero consensu
 sacerdotum ordinum totiusq; plebis annisu a vicinis
 episcopis in defuncti ca:hedram honorifice est col-
 locatus. Quam autem strenue, quam sancte, quam
 pro denter eam sedem a rabie Arrianorum tutatus
 sit, praeclaro D. Hieronymi testimonio satis super-
 ue constat: qui Maximinum inter omnes Ortho-
 doxe fidei antislites ijs teporibus maxime clarum
 fuisse scribit. Certè ea pietate & fidei lumine
 inter densas errorum tenebras & horrendas tem-
 pestatis procellas eluxit, vt non modo ipse vio-
 lenter fidei contagia declinauerit, sed hæreticorum
 variarios conatus magna sapè cum laude repressit,
 nec repressit modo sed omnibus propter fidem
 meritamque exulibus tutissimum ad se refugium
 prebuit. Nam cum Athanasius Alexandrinæ eccle-
 siæ antistes a Constantio ad poenam quæreretur,
 Maximinus spreto regia potestatis iniusto impetu
 Athanasium non sine magno periculo si non vitæ at
 que dignitatis amplexus est, atq; in vno ipsius ca-
 veratoram pæne ecclesiam tutatus est. Vnde liqui-
 do apparet quantum iustitiæ pondus huic sancti
 Maximini constantiæ tribui debeat.

S. Agritius
 decedit. Ei
 Maximinus
 succedit.

Athanasius
 venit ad Ma-
 ximum.

Quanto præterea studio pro conseruanda fi-
 deli integritate excubauerit, alias etiam demon-
 strauit, cum Agrippinæ Synodali euocato con-
 uentum Euphratam episcopum, hæretica prauita-
 te corruptum, cum his, qui frequentes conuene-
 runt pontificibus, ecclesiastica vsus potestate gra-
 uiter mouit. Is enim infans accedens hæreticis

Synodus Co-
 loniensis es-
 tra Euphra-
 tam.

Miracula S.
Maximini.

IESVM CHRISTVM non esse verum Dei filium prædicabat. Nec miraculorum gratia defuit sancto Maximino, quibus editis, suæ prædicationis fidem tardioribus faciebat. Siquidem cæcis lucem infundebat optatam, paralyticorum solutos artus in pristinum reformabat vigorem, & eos qui demonum persuasionem humanam mentem exuerant fœdo profus dominio liberabat.

Erat ei solennis consuetudo sanctorum illustrare memorias eorumque opem summis precibus flagitare. Cuius rei gratia cum Romam tenderet, opinatissimum confessorem Martinum conuenit: iunctique Pontifices diuinis rebus interiti laborem itineris non, ut alij, sentiebant. Illa itaque in vltiora progredientibus, forte ad illud, qui sarcinas beatorum ferebat, vrsa ostendit, eumque protinus deuorauit. Hic Maximinus in nomine Domini fera dicitur imperasse, ut quia momentum non abegerat, sed consumpserat, ipsi iumenti onus assumeret. Mira res valde. Illi uestigio successit oneri, & quod ad reuersum ad eum qui Vrsaria villa dicitur, deuenirent, illi uectioni mansuetissime famulata est. Ibi deinde que à sancto viro pristinam vagandi potestatem recepit, prius tamen licentia quenquam laedere crepta. Verum quia ut prauis sibi met suisque, ita boni mutuo semper delectantur consuetudine, sanctus Maximinus beatum Martinum Treuerum urbem secum coegit inuisere, suoque populo duplicata benedictionis reuexit commentum. Ibi Martinus spirituales sibi filium Lubentium Maximino erudiendum commisit. Cuius illi prerens voluntati, & eum sacris instruxit. Ibi

& imposto gradu psbyterij, in vico, cui Cubruio vocabulum est, praefecit. Ipse autem pie memor propinquorum, patriam repetiuit, suorumq; vsus contubernio multo post ibi. vita excessit, sancto. *Obitus S. Maximiani.* rumq; laborum suorum fructum cumulata mercede a Domino est consecutus.

Succedens in episcopatu Paulinus, qui fidei suae veritatem exilij peressione firmavit, comunitate cum Clero & populo Treuirorum consilio, sanctu Maximinum ab Aquitania, vbi situs erat, reuehendum constituit. Itaque factis agmine Clerus populisque Aquitaniam versum tendentes, emensis prolixis viarum spatijs, tandem haud longe a loco, vbi clauderetur thesaurus admodum fatigati subterunt. Mox celeberrima fama rem dissipante, immanis excitata manus Aquitanorum, Treuiros moliebatur loco arcere: potuissentq; committi fatuus pessimum, ni Treuiri Christianitatis fraternitatem opponentes, orandi tantum studio se concessisse firmassent. Aquitani Treuiros sui timore trepidos arbitantes, hinc remissi latitia vino indulgent, & quod erat consequens, somno grauiori soluantur.

Interea beatus Lubentius angelica monitus visione, adiuncto aliorum presbyterorum coetu claustrum ecclesiam ingreditur, exoptatumq; thesaurum a sportans cateruis foris expectantibus exhibet.

Tunc Treuiri abitum maturantes Aquitania excedunt, Aquitani vero comperita veritate, coacto exercitu recedentes triduo insequuntur. Cumque inter mutuum conspectum vterque populus constitisset, Aquitani crebris contumeliosis tonitruis, quorum nihil Treuiros contingebat, repulsi non sine rubore ad propria rediere. Treuiris ceptum

Treuirenses ex Aquitania absportant S. Maximiani reliquias.



Cæcus videt.

Paralyticus curatur.

Item demoniaca.

Item duo leprosi.

Cæcus à natiuitate recipit lumē.

iter carpentibus, cæcus quidam spe recuperandi visus deduci se flagitabat ad feretrū. Cuius vultum umbra tetigit, mox caligo inolitæ cœcitatæ abiecit. Cumque Mosomagum castellum peruenisset, paralyticus quidam beato Maximino saluandus offertur. Næc irrita fuere vota fidelium. Namque sine dilatione operata redditur sanitati, speciosissimum spectaculum intuentibus præbuit. Vtique gratiam referre viderentur eius loci habitatores, ecclesiam Deo sub honore S. Maximini, vbi sacre eius reliquiæ fuerant posite, condiderunt. Hinc reliquiarum baiulis Euionium castellum ingressa femina quædam maligno spiritu obfessa ab eius ludibrio liberata est. Inde ad castellum quodam Alonise dieitur, perlato corpore duo leprosi credulitate mente suffragium eius implorantes, integram san- spitatem adepti sunt.

Tot ac tantis diuinis celebratis miraculis Treu- uirorum quondam Pontifex Maximinus, vrbis, quam olim egregie rexerat, propinquabat. Iam vero, quæ- ta tunc ad eum multitudo festino cum gaudio con- fluxerit, vix verbis explicari potest. Cremabantur preciosi odores, cereorum copia resplendebat, distinctæ sacrorum acies ordinum psalmos & can- ca personabant. Ita exceptum deductumque sanctis- timum Maximinum insignis Cōfessor Paulinus in ecclesia beatissima Iohannis Euangeliste magne- ficè sepulturæ tradidit. Huc postea cæcus quidam à natiuitate ex territorio Beneuentano deductus, Creton nomine, confestim lucis commercium recepit.

Præterea in crypta, vbi ossa venerandi Pontificis condita fuerant, interiectu temporis aqua ad- titudinem vnus cubiti excreuit: dictaque mira-

ille ita sepulcrum omne suo ambitu cinxit, ut ta-
 men ab eius crepidine abfistens, non paruum intu-
 ribus stuporem inijceret. Igitur venerabiles epi-
 scopi Hildulphus, Clemens, atque Gosbertus, con-
 venientes in vnum, & quod euenerat diligenter
 examinantes, transferenda beati viri ossa ad locum
 quo nunc sita sunt, iudicauerunt. Quod diuina vo-
 luntate statutum fuisse, exitus indicauit. Et qui-
 am praeter alia miracula, illud in primis admira-
 re dignum, quod Carolo principi contigit, re-
 fertur. Is enim, cum longa febrium tabe exhaustus
 vltimum vitae periculum adductus esset, S. Ma-
 ximus secundum quietem ei apparens, manda-
 uit se abeuntem sequeretur. Experges factus Ca-
 rolus satellitem sibi forte assistentem percuncta-
 tum videret beatum Maximinum qui paulo
 ante secum contulisset sermonem? Illo negante:
 "Vbi, inquit, foras egreditur, insitque ut eum
 sequeretur apud tumulum eius salutis com-
 muniturus. Ita illò lectica deportatum & in so-
 lum resolutum iterum sanctus Maximinus al-
 terum adeptus, deinceps ab omni peccati conta-
 mine sese diligentissimè intactum conseruet. Mox
 eugilans Carolus, totum se à molestissi-
 mo febrium vi subleuatum sensit, qui triginta die-
 bus proximis cibi potusque fastidio laboraue-
 rat. Unde non immemor beneficij coenobium san-
 cti Maximini praedixit, auxit: fecitque ut multo
 ante commodius Christi serui ibidem famu-
 larerentur.

Translatio
 reliquiarum

Carolus prin-
 ceps à mor-
 tis periculo
 liberatur.

perum praeter tantam virtutū vbertatem, speci-
 eam gratia fugātorum dæmonum potestas
 Maximo concessa videtur. Rex Pipinus Magni
 Caroli

Caroli genitor, quendam suum clericum Brunonem impuris obsessum spiritibus, per Hellarii Archidiaconum ad tumulum beati Maximini delinavit: qui ut sacra eius limina tetigit illico purgatus diuinam in Maximino potentiam magnis uerbis praedicauit. Eiusdem Pipini regis ex filia nomen Cunibertus, atrociter a daemone uentus, multis ante locis circumitis, ultimo ad sancti virum perductus, tandem ab ea peste purgatus est.

Demoniaci multi liberantur.

Et ut a singulis ad turbam liberatorum traferamus, quondam ad festiuitatem beati Pontificis triginta septem homines a demonibus oppressi confuere, qui omnes eodem die curati sunt. Sequenti uero anno eadem solennitate uiginti & duo mundati sunt, porro tertio anno tredecim a sancti uiri coenobio salutis gaudia retulerunt. Ceteru si uelimus omnia quae diuina uirtute aduersus impotentem daemone vim gessit, conscribere, uix modum tenebimus, sed erudito lectori similia frequenter narrando, tractabimus. Quare hac multiplici, qua retulimus, uirtutum specie satis superque instructi, ita vitam nostrasque ad imitationem S. Maximini componamus, ne qua unquam daemorum infestatione in peccato vincamur.

PRAECLARVM MARTIRIVM BEATISSIMI ANDREAE DE CHIO, QUI CONSTANTINOPOLI ANNO DOMINI 1365. PAULI SECUNDI SUMMI PONTIFICIS PRIMO. EX EO QUOD EST PER GEORGIUM TRAPEZUNTINVM ANNO

29. Maij.

ANNO ab Incarnatione Domini mille trecentesimo sexagesimo quinto, cum uisitaretur in urbe Trapezuntina, quem honoris causa non nomine, sed nomine Trapezuntina urbe ortus, Peripateticorum philosophiae professor, abnegata Cruce Domini persequens, in

Quidam abnegat fidem Christi.

...um perfidiā Mahumeti nomen daret, Turcarum
 ...elatus, alium quēdam maioris fidei ac constan-
 ...virum similiter Trapezantium militiæ pericif-
 ...um in carcerem coniecit: dignum ratus vt Phi-
 ...ophum conciuem suum volens nolensque imi-
 ...atur, cupiebat enim eius opera in re militari v-
 ...e ille animo martyr: Philosophus, dicebat, in
 ...ijs educatus, maiore spe ipsarū, Christi Cru-
 ... negavit: ego qui tot tantosque labores, cum
 ...pitis heilla gerens tuli, vulneraq; excepi, (dixit,
 ...pento peccatore cicatrices ostendebat) pro Impe-
 ...ce celesti mortem timebo? absit à me tanta in-
 ...a. Quæ mens præterea esset mea, vel potius quæ
 ...tūta, veritatem doloris fugiēdi causa prode-
 ...eterna cęlestiaque regna repudiare, Mahumeti-
 ...adharere, vt bellorum labores subeam, pericu-
 ...agna pro Imperatore mortali suscipiam, gla-
 ...in Christianos Christianus ipse natus distin-
 ... & denique in mortē ruere, quam fugiendam
 ...Philosophus, vt in æternam ac veram mor-
 ...deserer præceptis?
 ...hec dum Constantinopoli fierent, Andreas fe-
 ...grauiter laborans perpetuam Virgini matri
 ...ritatem vouebat, si euaderet. Sedatis ilico febr-
 ...paulo post quasi ex morte surgens albis se ve-
 ...entis induit, vt eo symbolo admonitus nun-
 ...oblaci Creatoris matri voti obliuiscereur.
 ...recuperatis iam planè viribus Constantino-
 ...petijt, non aliqua cupiditate magnarum vr-
 ...a visendarū captus (erat enim iuuenis viginti
 ...epem annorum summa grauitate atque con-
 ...a: prorsus vt ne verbum quidem vnum ab ore
 ...vanū prodiret) sed gratia Dei procul dubio
 ...lectus, vt & ipse martyrij palmā perciperet,
 ... & Phi-

Constantia
cuiusdam
Christiani.

Voti effectus.

Integritas
& probitas
Andree.

& Philosophi siue breuitate, siue errore cōturbatos sua constantia in fide confirmaret.

Igitur mox ut urbē applicuit ab Aegyptijs mercatoribus apud iudicem accusatus fuit quod magnum cum Christianis cōmercium haberet, homo qui Alexandriae Crucem negauerat, cōculcauerat, sputis foedauerat: & Mahometum publica confessione summis laudibus extulerat. Hac accusatione in iudicio iniquo recitata, Andreas nunquam se à Chio, ubi natus educatusq; fuit, nisi tunc recessisse affirmabat: idque testibus multis approbat. At iudex iniquus Christianorum testimonio reiecto, quod ea in re nullū esse dicebat, Mahometistarum recipiebat. Tunc Christianorū multitudo summa contentione iniquum esse clamitauit, aduersariorum testimoniū admittere, petijtq; ut prætermissis testibus res ipsa digno examine excuteretur. Dicebat igitur ut circumcisionis signū in membris eius exquirerent: nam si ad Mahometi disciplinam accessisset, necessariū fore ut in genitalibus membris circumcisio inueniretur. Inter ea spoliatur vestibus miles Christi, nudusque à tanta multitudine adspicitur, sed nullum in eo indicium, nulla circumcisionis macula, nullum Mahometistarū appareat stigium. Exclamant Christiani incredibili lætitia exultantes, confundūtur aduersarij & victi perterritus prosternuntur: nisi diabolico astu adiuti, expulsi fuissent moris esse in Aegypto, minoris hominū ætatis circumcidi: maioris, si ad Mahometum Deum prophetam conuertantur, nullo modo ad circumcisionis legem impelli. His rationibus iudex, quæ sectæ suæ fauebat, sententiam ad Regem transtulit, quemadmodum in rebus ambiguis & arduis legatum cautum est.

Falsò defer-
tur ab Agy-
ptijs mercat-
oribus.

Cōuincuntur menda-
cij accusa-
tores.

Itaque Christi milite in carcerem coniecto, Regem consultum adiit: cui cum & ætatem floridam & inuictam iuuenis robur referret, rex talium hominum in militia cupidus: Vade, inquit, & si non voluerit obedire voluntati, Centurionatum offero. Sin beneficijs nostris nihil commouetur, miseris & terroribus ipsum concutias, & si neutrum præualere via, capite plectas. Altero igitur producto ipso, primùm Regis pollicitationes proponuntur mirabili cum amplificatione. Verùm Martyr Christi nihil respondendo contemnere nata videretur, qui circumfusi erant veritatis honestas, alij argentum atque aurum, alij vestes, alij sumptuosam variam pollicebantur: cumq; in silentio perseveraret. Quid, inquiunt, ne verbis tantum nos dignos putas? Digni quid est, ait, vos multo maioribus, q̄ ego dicere aut excogitare potestis res, quas offertis, nulla responsione dignæ. Quid enim caducam hanc vitam atque mortem putatis magni aliquid habere quò cælesti sit respondenda? Erras ipsi respondent: nam nos & ad vitam tibi viâ aperire studemus, & hanc insuper tranquillè reddere conamur. Non cohæret, inquit, hæc æternis, non scelicibus misera, nò prophana vita. Sed quid opus est verbis? Ego scelicitatem huius seculi nihili facio: ego Crucem, passionem, mortemq; Christi mei nunquam, auxilio illius contemnabo. Statuite in me quicquid malueritis: ego rogo, ne me verbis amplius tentetis.

Itaque dictis coniectus ilico in carcerem, vinculis tenentis, pedibus atque manibus alligatus ad prædictam sequentis diei, qui fuit 20 Maij, iacuit post meridiem è carcere eductus in partem vrbis quæ Orientem spectat, propè mare trahitur: ubi

Turcarum
princeps eã
allicit obla-
tis honoris
quis

Ille omnia
contemnit

16
17
18
19
20

Cæditur flagellis.

Innocent beatam Virginem in supplicijs.

Magna cura adhibetur vulneribus eius.

vbi manibus pedibusque ad palum alligatus tanta crudelitate cæditur, vt poenæ supplicij atrocitate victus animum abiiecisset. cumque principio flagellorum & verberum toto corpore vehementer cõtremisceret, ferrur manibus ad pectus cõtractis ac digiris in pugnum compressis magna exclamasse voce: Virgo Maria adiuua me. Inde pedibus altero ad alterum adductis, stetit in ijsdem vestigijs ad Solis occasum vsque reclusus. Interea dum miles Christi his cruciatibus exercetur, Trapezuntius ille, de quo supra retuli, è fenestra turris prospiciens clamabat: ò foelicem Christianum, ò beatam que te genuit infulam, ò nobilissimum atque omni laude dignum genus, vnde orus es: Vtinam eadem tecum pro Christo supplicia subire liceat. Hæc alligatæque martyrij coronam desiderans vociferabatur. Carnifices autem Andrea reducto, multis pretio sua membra flagelli, lorisque foedè dilacerata vnguentis vngunt, & cibum potumque ad fulcendam in corpore animam de Medicorũ consilio, quorum multi ac peritissimi aderant, offerunt: ac aquam, in qua non paruum defœcati auri pondus bullierat, offerunt ad bibendum. Id faciebant, quo longior vita eius aliquid ad negationem Crucis afferret. Sed mulque ostenderent quanti vitam eius facerent. Fortè etiam quia non ignorabãt quòd Christi martyres per diè cruciati, nocte diuino beneficio pristinam solent, imò maiorem frequenter & corporis & animi pulchritudinem recuperare. Quare timentes nè id diuinitus eueniret, medicamentis suis occultare veritatem studebant.

Vicesima prima eiusdem mensis die, rursus pro ducitur, denudatusque ferreis vnguib; tergora, quæ pridie eius diei fuerant flagellata, dilacerantur.

quidquam aliud fecit, dixitq; miles Christi, quan-
 tum prius contremuit, manusque ad se adduxit,
 digitos in pugnos contraxit, pedes in iisdem vesti-
 gis tenuit, magnaque voce clamavit: Virgo Maria
 adiua me. Sic Trapezuntius etiam eadē quæ prius
 confiterabatur, è turri iterum atque iterum repe-
 tebat. Adueniente nocte, unguentis illinatur, simili-
 ter medicamentis atq; aquis, in quibus magna vir-
 tuti fuerat infusa, sustentatur: quasi charā Cru-
 cis salutē eius haberent, Spiritus sancti gra-
 tiam in Medicorum peritiam, cibiq; ac potūs com-
 munitatem deriuantes. Illucescente namq; die, sa-
 cramentis fieri non potest: quæ cum naturaliter
 longiore indigent tempore, vnde constat
 Christi virtutem opem martyri contulisse.
 Vicesima secunda eiu' dem mensis post meridiē
 prodicitur, tantaq; crudelitate & manus
 pedes torquetur, vt ne vnum quidem membrum
 loco maneret, sed salirent omnia: prorsus vt
 inimici Christi hominis cōstantiam miraren-
 tur vehementer. Hoc interim in Christi martyre
 miratione dignum est, & meritis beatæ Virginis
 laudandum, quod post illos clamores qua Virgi-
 nis opem implorabat, dicens: Virgo Maria adiua
 me minimum quidem doloris signū ediderit,
 nisi Trapezuntius ille magnis vocibus non de-
 precatur martyris fœlicitatem è turri prædicare &
 eam sortem expetere: medici verò omni dili-
 gentia ve collapsas in martyre vires restaurarent,
 non valuerant.
 Vicesima tertia die sanus & incolumis non me-
 ditur arte, sed illius primi martyris & Domini
 Iesu Christi productus Andreas, nouo ge-
 nere

Curatur di-
uinitus.

Atroci-
sime cruci-
atur

Miraculum
de B. Virgi-
ne.

Bbb nere

In tibi im-
manem cru-
ciatum.

nere cruciatūs vexatur: humeros carnibus per gla-
dios denudant, studentes semper, ne celerior mors
ipsum inuaderet. Sperabant enim si non acerbitate
ac magnitudine dolorum, attamen diuturnitate le-
victuros, sed derisi tandem iacuerūt. Declinato die
reducitur, sicuti diebus superioribus, dictis factis
medicamentis quoq; nō aliter quā prius adhibuit.

Die vigesima quarta eiusdem mensis eodem in
loco, quo prius clunes carnibus nouaculis spolien-
tur, non subito, sed cum mora, vt doloris acerbi-
tas inuictum athletæ Christi animum superaret.
Cætera omnia similiter acta, vt in superioribus di-
ebus, dictaque eodem modo etiam à Trapezuntino
animo atque voluntate martyre: qui illis diebus
quibus Andreas patiebatur, similiter è turri de-
mitabatur.

Torrendi
cruciatus.

Die vigesima quinta, partes pedum quę inter ge-
nua clunesque sunt carnibus similiter denudantur
cætera eodem modo dicta gesta que fuerunt. Vige-
sima sexta sura similiter carnibus nudata multum
bile valde spectaculum astantibus præbere. Vige-
sima septima femur, quæque circa ipsum sunt, co-
coriantur. Vigesima octaua die totum corpus in
pilate ad pedes verberibus caditur, vt doloribus re-
nouatis tandem moueretur. Maxilla quoque ma-
vno ictu denudata carne fuit, quā Christiani ma-
gno studio raptam, in monasterio beati Francisci
inuisitato odore fragrantem, condiderunt.

Rem admi-
randam.

Vigesima nona eiusdem mensis producit
rūm Andreas, martyr Christi præcipuus, corpore
sano & viuaci, vultu læto, ac facie decora. Melan-
cholicæ his rebus moti, medicamentorum virtute
id factum afferbant, & ingratitude illius ac-
cusantes clamabant: Non vides, o Andrea, se-
cundum

meti gratia & medicaminum virtute, sanitatem
 ceptum? Agnosce miser beneficium prophetæ no-
 stri, ne mala morte intereas. At Andreas: Non est,
 inquit, mors illa, sed vita. Quare nolite me verbis
 istis inanibus terrere. Non me vestra medicamina,
 sed Crux Domini nostri Iesu Christi, ad hunc vsq;
 nem incolumem conseruat. His dictis caput in-
 capide securi subiecit, & ad cælestia regna è cor-
 poris ergastulo euolauit. Tunc mortis eius mini-
 tri, truncum cum capite corpus, maris fluctibus
 immergere voluerunt. At Christiani, effusis lac-
 rymis, circumstantes mortuum sepeliendum esse
 clamabant. Inter ea lis ad regem defertur, qui
 iuris cruciatibus & iniuncta martyris fortitudi-
 ne dignum esse pronunciauit, vt summo cum ho-
 nore, vir adeo fortis sepeliretur. Itaque Christiani
 proposito capite corpori suo, ad Galatam deporta-
 t. Aderat innumerabilis vtriusque sexûs mul-
 tudo & Mahumetistarum etiam multi, admira-
 tione commoti, nõ pauciores quàm decies decem
 milia, spectaculo intererant. Alij lachrymas præ-
 cædio fundebant, alij laudes eius prædicabant, a-
 constantiam ac robur animi, alij prudentiam at-
 que grauitatem, alij contemptum humanarum re-
 rum extollebant. Multi fidem in Iesum Christum,
 etiam erga immaculatam Virginem deuotionem
 commemorabant.

His ita gestis, Rex magna exarsit cupiditate viri
 Trapezuntij, de quo supra diximus, liberadi:
 quia honestè id facere, nisi rogatus, posse non
 credebat, per quasdam, vt dicebatur, mulieres ef-
 fecerat, vt vxor illius, pro marito supplicaret suo.
 Mors Andree atque martyrium illum quidem
 non, sed multos quoq; alios à periculo liberauit,

Bbb 2

multos

Securi per-
cussus abit
è vita.

Sepelitur
honorificè.

756 MARTYR. B. ANDREÆ DE CHIO
multos in fide orthodoxa confirmavit: & Mahu-
metanos pudore confudit. His omnibus ego vehe-
menter commotus, ardebam desiderio vidēdi cor-
pus eius: vidiq̄e ipsū in sepulcro nimium pro-
fundo, & situ horrido, ea tamen integritate mem-
brorum omniū eo totius corporis colore & digni-
tate formæ, tali vultus splendore & habitu, ut non
animū expirasse, sed dormire mihi leniter, sub um-
bra videretur, atqui iacebat loco ira humido, ut om-
nibus iam indumentis quibus erat inuolutū cor-
pus, putrefactis, nudum totum conspiceretur, præ-
terquàm quòd genitales partes, fragmento lini ob-
tegebantur.

Inde verò cum post pia vota & desideria, quibus
ardebam tangendi & osculandi pedes, manus, faciem
præcipui martyris, decimo octavo die Martij
soluerem, ipsa soluendi hora, in non paruum inci-
di periculum, nubibus contra flantibus, inque saxa
navem depellentibus. Imploravi subitò martyris
auxilium, promisiq̄e, si ad meos, Romam, incolu-
mis deuenirem, perpetuis literarum monumentis
martyrium eius traditurum. Euasi maris & latio-
rum pericula, quodq̄e miraculo est, senex ager-
tusq̄e hinc recessi, iunior sanusq̄e ac multo robo-
stior remeavi.

Auctor nun-
cupat votū
martyri, &
liberatur à
periculis.

*HISTORIA S. PETRONILLÆ VIR-
ginis filia B. Petri Apostoli.*

Maij 31.
Petronilla
paralytica.

Sancta Petronilla Petri Apostoli filia, incredi-
bili pulchritudine virgo, fertur, multo tem-
pore, ex patris voluntate, paralyti laboratis,
membrorumq̄; omnium officio destituta, lecto de-
cubuisse. Cumq̄e die quodam, inter alios discipu-
los, Titus pariter adesset, & discumbentes famula-
retur

res de rebus diuinis sermones conferrent, fertur, cū
 quadam admiratione, dixisse Petro, quid causā ef-
 fer, quod cū alijs optata sanitatum largiretur be-
 neficia, filiam, ab ea, qua detinebatur, lecto affixa,
 calamitate nō liberaret. Cui Petrus, sic animæ eius
 salutē, quæ corporis longè præferenda est, expedi-
 re respondit. Verum tamen ne quæ hoc putaretur di-
 uinæ gratiæ inopia fieri, ait ad filiam: Surge Petro
 nulla, nobisque ministra. Ad quam vocem illa pro-
 pter viribus integris exiliens, discumbentibus mi-
 strauit: cunctis rei admiratione defixis. Expleto
 autem ministerio, iussit eam ad lectulum redire.
 Rediit illa: moxque febribus correpta, grauiore
 cepit molestia consistari. At verò cum ea omnia,
 cumque mansuetudine perferret, ageretque tam in-
 uictis quam prosperis Deo grates, paulò post,
 omnino beneficio integræ sanitati restituta, & sibi
 alijs plurimis oratione sua miram Dei gratiam
 peperit.

Sanatur à
 patre ad tē-
 pus.

Interim cū formæ eius præstātia esset eximia,
 multique infano capti amore eam deperirēt, Flac-
 cus Comes coniugem eam sibi postulauit: armata
 manu, nisi spontè consentiret, eam abripere vo-
 uit. Cui virgo: Quid, inquit, ad virginem iner-
 tum cum militibus venis. Me si tibi vxorem de-
 sideras, honestas potius virgines matronasque post-
 ulandum ad me mitterito: vt earum comitata obse-
 rāto, cum honore tuas ad ædes spontè veniam.
 Hoc dicto gaudius vehementer Flaccus triduum ei
 concessit, quo toto Petronilla precibus & ieiunijs,
 cum Foelicula virgine collectanea intēta, diuinam
 fiduam opem flagitabat. Tertio verò die, Nicome-
 tes presbyter eam inuisens, diuina ibidē celebra-
 uit mysteria: eamque sacrosancto Christi corpore

Flaccus Co-
 mes eā vxo-
 rem sibi pe-
 tit.

Excedit à vi-
 ta sumpto
 venerab. sa-
 cramente.

Bbb 3 & fan-

758 CERTAMEN SS. MART. PAMPHILI, &c.
 & sanguine refecit: & ecce, sumpto epulo illo ce-
 lesti, mox beatum Creatori suo spiritum tradidit.
 Corpore eius honorifice sepultura mandatum, con-
 structo desuper nobili coemeterio, anniuersaria
 natalis eius commemoratione illustratum fuit. In-
 de verò è dicto coemeterio ad basilicã Vaticanam
 translatum honorificentissimè asseruatur.

Baro. Tom. 1
 Annal. An-
 no Christi
 69-

I V N I V S.

CERTAMEN SS. MARTY-
 RVM PAMPHILI, VALENTIS,
 PAVLLI, SELEVCI, PORPHYRII, THE-
 ODVLI, IVLIANI ET SOCIORVM.

*Ex eo quod est per Eusebium Ca-
 sariensem.*

Iunij 1.



AGNVM hîc & gloriosum pro-
 fectò oculis nostris offertur spe-
 ctaculum, Pamphili & sociorum
 virorum admirabilium, nam facti
 neruorù vel vocum cantus, plu-
 rium sonorum varietate tempera-
 tus suauiter aures animumque oblectat: ita virtus
 in duodenario hoc martyrum numero, in quibus
 iusdem virtutis splendor, æquali inæqualitate, ma-
 rifice congruit, non potest non animos nostros, sua
 admiratione defixos, ad se rapere, & summa quãdam
 voluptate perfundere. Sunt enim hic adolescentulus
 simul & senes, serui simul & liberi, eruditi & rudi-
 des, obscuri generis homines, vt multis videbatur,
 & gloria insignes, fideles simul cum catechumenis
 & diaconi cum presbyteris: qui omnes tanquam in
 lapide